

18. 1. 1. 9. 8. 9.

1. 34. 1. 1.

5447

Q. D. B. V.

DISPUTATIO JURIDICA,  
DE

# JURE VICTUALIUM,

CONSENSU INCLYTÆ FACULTATIS JURIDICÆ

PRÆSIDE

VIRO MAGNIFICO

## DN. CASPARE ZIEGLERO,

JCTO ET ANTECESSORE IN HAC ACADEMIA CELEBER-  
RIMO, POTENTISS. ELECT. SAXON. CONSILIARIO APPELLA-  
TIONUM, FACULTATIS JURIDICÆ ORDINARIO ET p.t.  
DECANO SPECTABILISSIMO, CURIÆ PROVINCIALIS,  
CONSISTORII ECCLESIASTICI ET SCABINATUS AS-  
SESSORE GRAVISSIMO MERITISSIMO.

### DN. PATRONO, HOSPITE ET DOCTORE SUO

SUBMISSE DEVENERANDO,  
P. P.


AD DIEM XXX. NOVEM. M DC LXXIIX.

AB RESPOND.

## ZACHARIA SIGISMUNDO

### DEZSÄER/

IN ACROATERIO JCTORUM



WITTENBERGÆ,

Literis JOHANNIS WILCKII.

Diss. jur. civ.

548, 16

13

PRÆILLUSTRIBUS, GENEROSISSIMIS  
ET EXCELLENTISSIMIS  
DOMINIS DOMINIS

POTENTISS. ARCHI-  
PRINCIP. ET ELE-  
CTORIS SAXONIÆ

IN SANCTIORI CON-  
SISTORIO

CONSILIARIIS SPLENDIDISSIMIS

HEROIBUS IN TOGA  
GLORIOSISSIMIS

BONO REIPUBL. NATIS.

21

QVIVETIS PUBLICÆ FUNDATORIBUS  
SALUTIS PATRIÆ COMMUNIS CONSERVA-  
TORIBUS

FELICITATIS REIPUBL. PROPAGATORIBUS

PUBLICI STATUS REDINTEGRATORIBUS

LIBERTATIS DEFENSORIBUS

LITERARUM RESTITUTORIBUS

ERUDITORUM MOECENATIBUS

STUDENTIUM PROVISORIBUS

CLIENTIUM PATRONIS

BONORUM OMNIUM RECREATORIBUS

*De florentissimo hocce Electoratu semper & ubiq;  
Meritissimis & Merentissimis*

DOMINIS SUIS GRATIOSISSIMIS ET  
BENIGNISSIMIS

Hanc de Jure Victualium Dissertationem  
mente devotissima dedicat

Eorumq; Tutelæ & Clientelæ se studiaq; sua  
submississimè commendat

AUCTOR.

*PRÆILLUSTRES, GENEROSISSIMI ET  
EXCELLENTISSIMI DOMINI,  
DOMINI GRATIOSISSIMI & BENIGNISSIMI.*



Nullus est civium ac subditorum in Electoralibus hisce Terris ordo, qui VESTRIS in Rempubl. maximis Meritis sese non sentiat obstrictissimum. VESTRIS etenim Consiliis, quæ Serenissimo PATRIÆ PATRI in Rempubl. felicissimè gubernanda pari Sapiëntia ac fidelitate suggeritis, Divino Numine benedicente cum publica Tranquillitate suam incolumitatem hæ debent Provinciae. Enimverò Eruditorum Chorus VOBIS proprio & peculiari insuper nomine obstringitur. Nihil siquidem VOBIS antiquius, quàm excitare & promovere literas, cultoribus illarum subvenire, honorem habere ac dignitatem Literatis, qui proinde in laudibus Virtutum VESTRARUM deprædicandis gratitudinem suam certatim testari contendunt. VOS etiam Academiae Patriæ suos Patronos ac Conservatores venerantur, in quibus quod Viri Juris scientissimi publicè docent, VESTRO contingere beneficio Jurisprudentiæ Cultores (inter quos & meum profiteor nomen) seque obligatos indè lubenter agnoscunt. Ut igitur obsequiosi in VOS cultus mei extet documentum, audeo ad pedes VESTROS præsentem statuere pagellas, obnoxii ac devoti animi testes, quas ut vultu gratiosissimo benignissimoq; excipere dignemini, debitâ mentis submissione oro obtestorq;. DEUS diutissimè Potentiss. Electori Nostro totiq; Domui Serenissimæ ac Patriæ felices florentesq; servet VOS maxima ejus fulcra & ornamenta.

*V. V. PRÆILLUSTR. GENEROSITAT,  
& EXCELLENT.*

humillimus

Zacharias Sigismundus Peißker.



I. N. J. C. A.

PRÆFATIO.



**N**on est de pane lucrando: Lucri cupidi vulgi vox est, quæ ubiq; clamitatur. Videas siquidem non literas tantum elegantiores eò nomine passim aut negligi aut contemni, quod non faciant ad quæstum, sed altiora quoq; studia & sublimiores disciplinæ, ex sola lucri spe æstimantur, neque scientia ulla tam honesta, digna & excellens esse potest, quam non ad indignissimum panis lucrandi quæstum depravet mortalium avaritia, illorumq; qui animum ad studia applicant, prima ferè cura esse solet, quid illa referant. Imò quod maximè dolendum, ipsa sacra Theologia, quæ verum DEI cultum & viam salutis æternæ monstrat, à plurimis non nisi commodi causa colitur, perversè adeò existimantibus, quæstum esse pietatem. Ne mireris igitur, Jurisprudentiam nostram ut plurimum sordidos ejusmodi sectatores reperire, quibus animus totus est in crumena, quive divinam hanc scientiam in quæstu unicè habendam & cauponandam censent. Enimverò damnanda meritò ac detestanda est hæc opinio. Artes enim & disciplinæ tam sublimes, nobiliores & excelsiores sunt, quam quæ propter vilissimam mercedem pecuniariam vel sint discendæ vel expetendæ. Alio certæ loco haberi debent, quàm sutor corium habere solet. Quippe res est sanctissima civilis sapientia, sed quæ Ulpiano Judice (*in l. 1. §. 5. ff. de Extr. cogn.*) pre-

A

tio

41  
tio nummario non sit æstimanda nec dehonestanda. Re-  
rum honestarum in ipsis est pretium, (*Senec. 4. de benef. 1.*)  
veraq; bona in ipsis Virtutibus sita sunt, (*Tacit. Agric. 44. 4.*)  
quare & Jurisprudencia per se primum & in Patriæ ac Rei-  
publ. deinceps emolumentum non in mercedem colenda.  
Castos cultores amplis honoribus & præmiis Diva Themis  
liberaliter sanè exornat, (*§. ult. proëm. Inst.*) & in accessio-  
nis tantum locum ea numerare jubet, sordidum verò ama-  
torem non recipit. Equidem de rebus ad victum pertinen-  
tibus varia singularia Jus nostrum disponit, sed Reipubl. sa-  
luti eò nomine consulere studet, ne utiqvam autem panem  
lucranda modos tradit. Quæ specialia *Victualium* Jura ab  
aliis sparsim & obiter quasi tractata dum in Dissertationis  
Academicæ modum collecta juvante DEO exponere con-  
stitui, nemo suspicetur, compendii mei causa id fieri, aut Ju-  
risprudentiæ studium nobilissimum, cui me addixi, in quæ-  
stu à me haberi, quin potius benevole sibi persuadeat, me  
postquam studiorum ratio esset reddenda, hanc præ aliis se-  
legisse materiam, in qua periculum facerem, quod in Foro  
utilitate sua sese commendaret, nec ab aliis jam planè occu-  
pata foret, (neq; enim quantum mihi constat, Disputatio de  
*Victualibus* hæctenus prodiit,) utq; adeò ostenderem me  
non antiquis vacasse fabulis, sed ad ea perdiscenda horas  
impendisse, quæ in ipsis rerum obtinent argumentis. Cæ-  
terum ab omni spe lucri me longissimè abesse testor, PATRONOS  
tamen & Mæcenates, qui me his ipsis meditationibus occupatum,  
Optimi Parentis mei beatissimò quidem, mihi tamen acerbissimò  
ex hac vita excessu, in maximò luctu constitutum erigere ac Patro-  
cinium mei suscipere, studiaq; mea summoperè hòc casu gravissi-  
mò conturbata, pro sua benignitate, si mereor, provehere dignen-  
tur, certissimos mihi & opto & polliceor. Sanè sublimiorem &  
prolixiorem tractationem requirit argumentum præsens; excusa-  
bit tamen me Lectoris Humanitas, à Juvene enim & Legum vix  
mediocriter perito accurata & plena, frustra quis expectaverit. Co-  
natas potius meos quam tractationem ipsam probabis. DEUS au-  
tem faxit ut omnia succedant FELICITER. Dispu-

Disputationis  
DE JURE VICTUALIUM

CAPUT I.

SUMMARIA

**I**ngressus Disputationis. 1. Significatio Juris. 2. Etymologia Victualium ex mente Vossii. 3. receditur ab ejus sententia ac rationes dissensus subjiciuntur. 4. 5. 6. 7. Victualium diversa acceptio. 8. propria significatio Victualium ac descriptio illorum. 9. Victualia quid differant à Victu, ac vocis hujus explicatio. 10. Divisio Victualium 11. recensentur eorundem Synonyma varia. 12. 13. 14. 15. 16. 26. quanam Victualium nomine veniant ac contineantur, explicatur. 27. 28. 29. an aromata Victualibus accensenda sint. 30. an cibi aromatibus nimis conditi, sanitati conducant remisivè deciditur. 31. an Tabacum ad Victualia referendum sit? negatur. 32. Jus hominis circa Victualia consideratur quoad se ipsum. 33. quaestio ex I. Nat. proponitur, an homo Victualibus uti necessario cogatur. 34. proponitur decisio affirmativa. 35. 36. 37. 38. 39. confectaria inde deducta inedia sibi mortem accersere non licet, & autochiria improbat 40. non licet sanctitatis, sobrietatis aut pulchritudinis causa sibi alimenta debita subtrahere. 41. cibus potusq; necessarius non ex fastidio rejiciendus, 42. Jejunia approbantur. 43. quibusnam rebus homo pro cibo potusq; licitè uti possit. 44. proponitur resolutio generalis. 45. descenditur ad specialia. 46. Jus Naturæ quæ edere liceat aut non, nihil in specie definit. 47. Undè probetur jure Naturæ licere alias creaturas in cibum homini convertere. 48. 49. in specie 1. vegetabilibus hominem licite I. N. vesci probatur. 50. 2. carnibus animalium. 51. adducuntur rationes dubitandi & Autoritates, ob quas esus carniū improbat fuit. 52. 53. 54. proponuntur rationes decidendi pro esu carniū & confirmantur. 55. 56. 57. respondetur ad rationes dubitandi adductas. 58. 59. quanam J. N. edere non liceat, deducitur. 60. in specie 1. carniū humanarum esum J. N. repugnare probatur. 61. 63. Gentes, quæ carnes humanas epulantur, recensentur. 62. 64. nec bestijs carnes humanas in cibum concedi J. N. posse probatur. 65. 2. venenatorum esum homini J. N. interdici statuitur & rationibus firmatur. 66. 67. Improbatur Gentium usus contrarius. 68. de esu ra-

narum & similium quæritur. 69. 3. esu rerum aliàs non prohibitãrum, quæ temperamento & constitutioni nostræ contraria sunt, abstinendum esse, evincitur. 70. quibusnam rebus Jure divino vesci liceat, explicatur. 71. Facultas hominis in creaturas in esum convertendas, Jure Div. deducitur. 72. in specie 1. vegetabilibus vesci J. Div. licere probatur, ac hereticorum negativa rejicitur. 73. 2. carnibus animalium. 74. an ante diluvium iis vesci licuerit, quæritur. 75. disquiritur, quanam Jure Div. edere non liceat, 76. Legem de non edendo sanguine probatur positivam tantum esse. 77. item Leges de discrimine ciborum forenses esse, ac hodiè cessare demonstratur; 78. rationes prohibitionis illarum cessare. 79. 80. Ostenditur Jure Div. venenata quoad usum adhuc immunda esse, nec eo jure iis vesci licere. 81. 82. 83. idemquæ de carnium humanarum esu asseritur. 84. Legibus civilibus esus certarum interdici potest, ubi exempla adducuntur. 85. 86. 87. ejusmodi Leges adhuc rectè conduntur. 88. improbatum discrimen ciborum ab Eccles. Rom. introductum. 89. de Potu quæritur, ubi 1. de aqua 90. & 96. 2. de vino cujus usum licitum esse probatur quoad J. N. 91. quoad Jus Div. 92. quoad Jus civ. nisi eo aliter statuatur. 93. Potus sanguinis humani illicitus esse evincitur. 94. an sanguis human. in medicinam adhiberi queat? 95. quantum cibi potusquæ sumendum sit, quæritur & deciditur. 97. 98. intemperantiam in cibo ac potu Juri Div. & Nat. repugnare asseritur. 99. 100. 101. an salutem potationes sint licitæ, quæritur. & sub distinctione deciditur. 102. 103. 104. & 105. cibos, qui ad luxum & delicias potius, quàm ad nutrimentum faciunt, fugiendos esse probatur. 106. 107. simplices cibos delicatioribus præstare asseritur & exemplis probatur. 108. 109. Principibus in cibo potusquæ magnificentiam ostentare non illicitum, rationibus & exemplis demonstratur. 110. 111. 112. de cura Principum circa Victum illorum remisivè 113. intemperantia Principibus in Victu vitanda. 114. Jus hominis circa Victualium usum in ordine ad alios, ubi quæritur. an usus illorum alteri denegandus? quod negatur. 115. 116. etsi facinorosus sit. 117. an Magistratus facinorosum inedia necare possit. 118. quod negatur. 119. 120. disquiritur de poena vivi defossionis. 121. 122. Victualia in tantum denegari alteri licet. 123. undè Jejunia defenduntur, quæ sunt religionis causa. 124. item Jejunia politica tempore Caristie. 125. an tempore famis certum hominum genus civitate liceat expellere. 126. Torura causa cibus potusquæ denegari potest ad tempus. 127. item pœna causa. 128.

Præ.



**P**raesenti Dissertatione de JURE VICTUALIUM tractaturus, circa Voces quibus Titulus constat, primò statim locò nonnulla praemittam, quò & felicius faciliusq; progredi liceat, methodoq; communiter haectenus observata sua & hìc maneat Auctoritas. Nec tñ. circa Vocabulum Juris prolixius explicandum occupabor, ne crambe vel millies coctâ iterum hìc appositâ, initio statim Lectori creetur nausea, cum satis constet eâ voce nil aliud à me indicari, quàm quod in Jure de Victualibus disponitur, sive quod circa Victualia in Jure Justum vel injustum est. Ceterum vocem *Victualia*, deductum aut corruptum Nomen à Latino *Victus*, non minus quàm Itatorum *Vettavoglia*, Gallorum *Victuales*, Anglorum *Victualles*, & Belgarum *Victaille* cum Job. Limneo ad A. B. c. 1 §. 3. Obs. 3. asserit Doctissimus Vosius de Vit. Serm. l. 3. c. 55. p. 662. seq. Ed. Francof. Sed vereor ut consentiente Eruditorum senatu. Negari siquidem nequit vocem *Victualia* Plurativi Numeri derivari ab Adjectivo *Victualis*, quod demum à Nomine Substantivo *Victus* est, ut ab Actu, Actualis, à Censu, Censualis, à Cursu, Cursualis, ab Usu, Usualis, à Casu, Casualis, quam derivandi rationem me docuit Dn. DAUMIUS, Vir meritis suis in Rem literariam celeberrimus, & infinita ferè Exempla in Ind. M. SS. Lat. Ling. peculiari Volumine ex Auctoribus observata congescit. Cum ergò *Victualis* in singulari Numero vel ipso Vosio fatente d. l. citra controversiam latina sit, uti optimorum Scriptorum Auctoritatibus probavit praëlaudatus DAUMIUS in Ind. L. L. V. *Victualis*, & in ipso Juris Rom. Corpore occurrat, vid. l. 9. C. de Episc. Aud. l. 6. pr. C. de his qui ad Eccles. conf. it. l. 7. C. Theod. de Cust. Reor. non sanè intelligo, quomodo corruptio contingere possit, si in multitudinis Numero *Victualia* dicantur, eaq; Vox substantivè usurpetur, cum eodem modo *Sponsalia*, *Utenfilia*, *Eduilia*, *Genitalia*, *Naturalia*, *Casualia* Prisciano l. 18 & vel sexcenta talia plurative usurpata inveniatur, easq; voces nemo latinas neget, nec barbaras vocare queat. Quamvis verò vox *Victualia* in Augusti Aevi Scriptoribus, qui quidem hodiè supersunt, non reperitur, ideò tñ. prorsus repudianda non venit. Siquidem & à bona stirpe descendit, eiq; Analogia sua constat, praeterea vix firmum videtur argumentum duci ab exigua superstitem Auctorum parte ad integram latinam Linguam, quæ eò Aëvo viguit. Certè eâ non frustra

frustra vetustissimus Bibliorum Interpres, cujus Voces Eruditorum Judicio non omnes damnandæ, usus fuit 2. Maccab. 3. 10. Hunc secuti alii ævi quidem cadentis scriptores, non propterea tñ. minus Latini, eadem voce uti non formidarunt Cyrillus Lexico seu Glossario Græco-Lat. col. 419. Ivo Carnotens. Epist. 9. Fulbert. Carnot. ep. 7. Agilæus Hist. Hierosol. c. 20. Gul. Neubrigens. l. 4. Rer. Anglicar. c. 16. p. 444. Sax. Grammat. l. 8. ibiq; Stephan. & plures alii, quorum indicinam Doctiss. Dn. DAUMIO y debeo. Unde constat nec veritati satis consentanea esse, quæ Vossius de ætate hujus Vocis d. l. tradit. Ut taceam solenne ipsi esse, multa contemnere, quæ tñ. apud optimos & ipsi probatos Auctores reperiuntur, uti alii testatum fecerunt, ac proinde & hanc vocem immeritò eum fastidire.

- 8 Denotat autem Victualium vox in latiore & minus propriâ significatione etiam illas res, quæ ipsæ per se cibum aut potum non præbent, ex quibus tamen Victus comparatur. Sicuti pecunia illa Viduarum in Templo Jerosolymitano deposita, Victualium nomine venit in *Versione vulgata Bibliorum*, 2. Maccab. 3. 10. nec ul-
- 9 lus alius Interpres eâ voce ibidem usus est. Propriè autem Victualia dicuntur illa tantùm, quæ ipsa eduntur aut bibuntur, ac describi proinde possunt Victualia, quod sint omnia esculenta &
- 10 poculenta, quæ esui potuiq; sunt alendi corporis causa. Unde satis manifestum redditur, quid quantumve Victualia differant à Victu, scil. quantum species à genere. Victus enim verbo non tantùm quæ esui potuiq;, sed & quæ Cultui corporis, aliaq; quæ ad vivendum necessaria sunt, intelliguntur. Unde præter Cibaria ac poculenta etiam Vestimenta, Lectus, Habitatio, Medicamenta & Viaticum continentur, l. 43. & 44. de V. S. ubi Job. Gœdd. Schard. in *Lex. Jur. V. Victus*. l. 134. §. ult. d. t. l. 6. & ult. ff. de Alim. & cib. legat. Dn. Carpz. l. 6. Resp. 34. n. 5. 6. 7. Victualium verò nomine veniunt sola esculenta & poculenta, nec ad alia illa ad vitam tuendam curandamq; facientia extenditur, l. 6. in fin. pr. C. de his, qui ad Eccles. conf. l. 21 ff. de alim. leg. post. Petr. Rebuff. ad d. l. 43. de V. S. p. 235. & 236 à se allegatum Dn. Carpz. l. 6. Resp. 103. n. 11 & 13.
- 11 Schard. in *Lex. Jur. V. Cibaria*. Hoc tantùm addi debet Victualium nomine non solùm Comestibilia Hominum, sed & Anima-
- lium

lium contineri, Nic. Bær. Decis 206. n. 6. circa med. quò facit l. 3.  
pr. §. 7. & 8. ff. de pen. leg.

Victualia & aliis nominibus vocantur, uti 1.) Victuales res in 12  
l. 6. fin. pr. C. de his qui ad Eccles. conf. 2.) Victualis substantia, l. 9. 13  
C. de Episc. Aud. & l. 7. C. Theod. de Custod. Reor. 3. Annona, hoc 14  
enim nomine non tantùm fruges & frumentum, sed generaliter  
omnis generis edulia intelliguntur, l. 6. ff. de extr. crim. t. t. ff. ad L.  
Jul. de Annon. l. un. C. de Ann. & capit. Dn. Strauch. Diff. Acad. 2. §. 11.  
n. 2. & diff. 17. ad Univ. Jus, aphor. 10. p. 279. Limn. ad A. B. c. 1. §. 3. Obs. 3.  
n. 2. Unde apud Ciceronem lib. 2. de Divinat. Annona Macelli dici-  
tur, Schard. in Lex Jur. V. Annona. Variaq; in Jure nostro referun-  
tur Annonæ genera, puta Civiles, Militares, Expeditionales, Ci-  
vicæ & populares, quæ non ex frumento tantùm, sed & panibus,  
acetô, vinô, laridô & carne constabant, vid. t. t. C. de Ann. & trib.  
it. de erogat. mil. ann. & de ann. civ. Dn. Strauch. Differt. Acad. 1. c.  
6. §. 4. quod & in collationibus annonariis clarius patet, vid. Dn.  
Struv. Diss. de Annon. tb. 3. 4.) Cibus, quæ vox omnis generis es- 15  
cam imò & potum continet, Schard. in Lex. Jur. V. Cibus. Erasm. in  
Annotat. N. T. ad Matb. 6. v. 25. f. 40. 5.) Cibarium & Cibaria, i. e. ci- 16  
bus quivivis, l. 21. & rubr. ff. de Alim. & cibar. leg. ubi Dn. Brunnem.  
Schard. Lex. Jur. b. v. undè & omnes cibi; qui Salomoni præ-  
parabantur, cibarium vocantur, 1. Reg. 4. 22. 6.) Commestibilia, 17  
quò nomine omnia, quæ esui potuiq; sunt, veniunt. 7.) Commea- 18  
tus, quæ vox cibaria quævis denotat, Symmach. lib. 3. Epist. 83. &  
lib. 9. epist. 114. ubi annonarios Commeatû vocat, conf. ibi Juret.  
Not. ad Epist. 14. l. 9. usitatè verò Victualia & Cibaria Militum, quæ  
Annona expeditionalis, uti paulò ante notatum, dicitur, Com-  
meatus vocantur, & miles, qui ea percipit, miles commeatilis in  
l. 2. §. 9. C. de Off. P. P. Afric. ubi. Gotbofr. Dn. Strauch. Diff. Acad.  
1. c. 6. tb. 4. 8.) Copiæ, i. e. cibaria ac edula varia, quæ convehi 19  
solent Exercitus alendi gratia, l. 20. ff. de Compensat. Schard. Lex.  
Jur. b. v. & sæpius apud Tacitum occurrit; undè Copiarîi, qui co-  
pias illas distribuunt Militibus, Dn. Strauch Diff. 17. ad Univers.  
Jus. aphor. 10. p. 279. 9.) Diaria, i. e. cibi cujusq; generis unius diei, 20  
in l. 21. ff. de Alimen. vel cib. leg. Cujac. ad Nov. 6. T. 3. f. 545. g. 10.)  
Edulia, i. e. omnia ad esum & cibos pertinentia, l. 6. §. 3. fin. ff. de 21  
Off.

- Off. Pracons.* quò locò non in singulari, sed in plurali numero hæc vox reperitur, uti contra Vallam docet Spigel. *in Lex. Jur. h. V. 11.*)
- 22 Esculenta & Poculenta, i. e. omnia, quæ edi & bibi possunt, *l. 18. de*
- 23 *Off. Praef. l. 3. §. 3. & 4. de pen. leg.* Schard. *Lex. Jur. h. V. 12.*) Panis, quâ voce non tantum panis in specie ita dictus, sed quivis cibus potusq; vocari solet, quod vel ex Oratione Dominica patet; *Isaac.*
- 24 *Casauben. Exercit. 16. ad Baron. Annal. n. 38. p. m. 466. 13.*) Penus, quæ vox omnibus generibus dicitur *l. 4. §. 3. ff. de pen. leg. ac inter alia,* omnia quæ esui potuiq; sunt, complectitur, *vid. l. 3. & seq. d. t.*
- 25 *ubi Gothofr. Schard. Lex. Jur. h. V. 14.*) Victus quotidianus, *ult. l. §. 7. fin. ff. de mun. & bon.* licet enim Vocabulum Victus regulariter & alia præter Victualia contineat, *vid. sup. n. 10.* attamen adjecta vocula quotidianus, sola Victualia indigitantur, *Dn. Carpz. l. 6. Resp. 34. n. 10. 11.* imò nonnunquam solus cibus voce Victus etiam simpliciter posita significatur, *Schard. in Lex. Jur. v. Victus. 15.*)
- 26 Utensilia, quâ voce quidem suppellex, sed tñ. & qualibet alia res, quæ usui esse potest ac imprimis Victualia intelliguntur, *l. 12. de Decurion. & l. 2. pr. de Nundin. ibiq; Gloss. l. 12. §. 28. ff. de instr. & instr. leg. in eod; significatu & apud Tacitum, 2. 60. 5. & 15. 39. 2.* occurrit.
- 27 Quibus ita expositis rem ipsam aggredior, ubi primò locò illud expediendum est, quænam in specie Victualium nomine veniant, sive quænam species esculentorum ac poculentorum Victualibus annumerentur? Pro cuius quæstionis resolutione dicimus, regulariter & ordinariè omnia, quæ alendi corporis causa eduntur ac
- 28 bibuntur, *arg. l. 5. ff. de pen. leg.* ut sunt frumentum, farina, panes, carnes cujusq; generis, salsa vel insulsa vel suffita, pecudes quævis, quæ edendi gratia mactantur, (nec feras illas, quæ in cibum adhiberi solent excludendas puto) item aves, omnis generis pisces tam vivi, quàm falsi, omnia poma aliiq; arborum fructus, omnia legumina, puta, Milium, Pisum, frumentum saracenicum mola contusum, oryza, lentes taliaq; plura ad pulmenta pertinentia, ut ptisanæ, omnia olera & hortorum fructus, e. g. lactuca, rapa &c: item & alia, quæ cibus præparandis inserviunt, sive ut Ulpianus eleganter loquitur *in l. 3. §. 1. & 2. de pen. leg.* non tantum ea, quæ esse, sed & per quæ seu in quibus esse solemus, vel etiam per se cibum constituunt, puta sal, lardum, lac, butyrum, mel, adeps, caseus

caseus, ova, deniq; poculenta omnia, vinum adustum & similia,  
arg. l. 3. per tot. de pen. leg. Enimvero ut plurimum significationem 19  
strictiorem vox illa recipit; Nam e. g. in casu transactionis aut  
consuetudinis, ubi subditi Dominis suis Victualia primum vena-  
lia offerre debent, nomine Victualium minimè gentium omnes  
modo relatæ species veniunt, sed ex his illæ duntaxat, quibus Do-  
minus in Culina & cella sua ad quotidianam sustentationem o-  
pus habet, unde nec frumentum in magna copia aliò vehi solitum,  
nec armenta nec altilia Victualium nomine intelliguntur, Dn.  
Carpz. l. 6 Resp. 103. per tot. ibiq; cit. Quæritur autem num& aro- 30  
mata, v. g. piper, Zingiber, cinnamomum, sacharum &c: Victu-  
alibus accensenda sint? Equidem non dubitandum DEum & Na-  
turam præstantissima hæc dona, aromata scil. hominum gratia  
protulisse, non quidem ad saginandos & saturandos stomachos,  
sed ad Medicinam & refectionem, quâ sanè ratione ad Victualia  
referri vix poterunt, arg. l. 5. pr. de pen. leg. Quoniam v. postea  
luxuria humana eò processit, ut cibos hodiè omnes ferè indiscri-  
minatim aromatibus condire ac ingenti illorum pondere onerare  
soleat, vix ambigendum est, aromata Victualibus annumeranda  
esse, arg. l. 3. §. 1. & 2. & l. 5. §. 1. de pen. leg. Cæterum an cibi ta- 31  
les ita aromatizati sanitati conducant & simplicioribus præferen-  
di sint, alia & ad Medicorum scholas spectans quæstio est, quam  
tn. jam olim negativè decidit Seneca Epist. 99. p. m. 279. seqq. & de  
Tranquill. anim. c. 1. S. Basil. Quæst. diffus. explic. 19. & 55. fin. Bern-  
bardus Epist. 1. n. 10. T. 1. f. 6. idem Apol. de Vit. & Moribus Religios.  
c. 8 Marquard. de Mercat. lib. 2. c. 3. n. 45.

Sed quid de Tabaco? Hoc Victualibus nullo modo accen- 32  
seri potest, Dn. Marquard. de Jure Mercat. lib. 1. cap. 16. n. 33. Si-  
quidem ad alendum corpus nil quicquam facit, & quamvis ejus  
certis locis ac personis usus aliquis in Medicina esse possit, tantus  
tamen hodiè abusus, ut plurimi eò sanitatem viresq; suas nimi-  
um quantum debilitent, quem abusum coercendum esse inter alia  
monet Illustris & Excellentissimus Dn. de Seckendorff/ ornamentum  
illud Seculi nostri, cujus incomparabilem in doctrina civili pru-  
dentiam ac sapientiam doctus veneratur orbis, in Teuscher Für-  
sten Staat / p. 2. c. 8. §. 7. p. 204. add. sereniss. Magn. Britannia Re-

B

gie

33 Nunc de Usu Victualium & Jure hominis circa illa videndū,  
& quæ in hoc argumento occurrunt Controversiæ breviter eno-  
34 dandæ; ubi i. illud tractandum est, num quilibet homo Victuali-  
bus seu cibo ac potu uti debeat, adeoq; ad illa utenda necessitate  
35 quædam cogatur? Hæc quæstio non tam ad Forum externum, quàm  
interum pertinet, eamq; affirmandam omninò putaverim, quam-  
vis enim nulla civilis sanctio esum potumq; homini præcipiat, i-  
36 psa tamē conditio ejus ac Naturæ Lex ad Victualium usum quem-  
vis adstringit. Quod ut clarius pateat, observandum est, eam esse  
constitutionem humani corporis, ut exintrinsicca sua substantia  
conservari nequeat, uti quidem in altera vita corpora beatorum  
clarificata comparata erunt, uti Theologi docent, *vid. Augustin.*  
*13. de Civ. D. 20. & 22.* sed adsumtis extrinsecus quibusdam rebus  
indigeat, quibus nutriatur, & contra ea, quæ ipsius compagem  
destructum eunt, muniatur, *elegantè Dn. Pufendorf. de J. N. &*  
*G. 4. 3. 1. pr.* Vita siquidem animalis consistit in perpetu actu calidi  
37 in humidum & contra. Animal igitur ad sui conservationem ali-  
mentum naturaliter appetit, quæ appetitio vocatur fames & sitis.  
Qui ipse appetitus à Deo, sapientissimo Conditore homini insitus  
& connatus fuit, imò etsi in statu integritatis homo permanisset,  
attamen uti Theologi observant, hic appetitus ac usus ciborum  
potusq; futurus fuisset in homine, licet absq; molestia & sine pec-  
cato, neq; enim ultra, quàm necessim erat, appetiisset, nec ullo  
luxus aut abusus accessisset. Undè postquam DEus hominem ad  
imaginem suam condidisset, illiq; vitam inspirasset, statim & de  
Victu illi prospexit, omnesq; herbas, Terna & fructus tam agro-  
rum, quàm arborum in escam illi simul dedit, docente hoc nos  
38 sacra Pagina, *Genes. 1. 29.* Quia igitur homo à Deo ad hoc condi-  
tus est, ut Deo inserviat & Proximo, neq; in vitam aut membra  
sua ullum Jus habeat, undè quilibet obligatur ad decentem curam  
pro corpore & animâ suâ suscipiendam, quæ sanè quod corpus at-  
tinet omninò in hoc potissimum consistit, ut vires ejus congru-  
entibus ac sufficientibus alimentis conservet ac confirmet, maxi-  
39 mè quod animus futuris ejus sustinetur. Quare si homo hanc cu-  
ram neglexerit, aut planè abjecerit, quam tamen ipsa Natura, quæ  
Conser

Conservationem & amorem sui, homini implantavit, cuiq; com-  
 mendat, Deo Creatori & generi humano injuriam facit, Dn. Pu-  
 fendorf. *de J. N. & G. 2. 4. §. 1. & 2.* Proinde expropriatio illa<sup>40</sup>  
 Minoritarum quoad Victualia manifestus furor est, cum rerum  
 ad victum necessariorum proprietatem abdicare physicè & mora-  
 liter sit impossibile, *Magnif. Dn. Præs. in Not. ad Lancellot. Inst.*  
*Jur. Can. lib. 2. tit. 30. §. 14. p. 288. seqq.* Ex hoc illud sequitur,  
 eos, qui inedia sibi met mortem accersunt, (quod apud gentiles sto-  
 icos, præsertim, qui hoc ipsum etiam uti *αυτοχρησια* in genere  
 svadent, non infreqvens, *vid. Casaub. ad Sueton. August. c. 43. ap.*  
*Scbild. p. 194.* eòq; mortis genere vitam finivit filius Italicus, *Plin.*  
*Jun. 3. Epist. 7.* Corellius Ruffus, *Plin. 1. epist. 12.* Agrippina *ap. Sve-*  
*ton. in Tiber. c. 53.*) eos omnes *αυτοχρησια* esse, adeoq; in Naturæ  
 legem peccare per ea, quæ habet Dn. Pufendorf. *de J. N. & G. l. 2.*  
*c. 4. §. 3. 4. 5. conf. Augustin. 1. de Civ. D. c. 17. & 20. ibiq; Coqueum,*  
 pœnamq; in illos statutam, de qua *Carpz. Prax. Cr. qu. 2. n. 25. seqq.*  
 etiam hisce rectè infligi. Nec dubitavimus, illos quoq; qui vel ex<sup>41</sup>  
 merâ stoliditate affectatæ sanctitatis ac sobrietatis, *Distinct. 5. c.*  
*24. de Consecrat. conf. ad Coloff. 2. 23. & Hieron. de servant. virgi-*  
*nit. Bernhard 2. de inter. dom. c. 14.* aut etiam pulchritudinis ne-  
 dum habitiores paulò sunt pugiles dicantur, ut Comicus loqui-  
 tur, debita sibi alimenta subtrahunt, nec tantum cibi ac potus ca-  
 piunt, quantum temperamentum & stomachus ipsorum appetit,  
 in Naturæ Jus peccare, *conf. Euseb. 5. H. E. 3.* quibus & illi annu<sup>42</sup>  
 merandi veniunt, qui scientes plus cibi aut potus ad tuendam &  
 conservandam sanitatem capiendū esse, attamen Medico monenti  
 autē fastidientes non præbent. Pertinet huc locus insignis *ap. Basil.*  
*M. lib. de Virgin. f. m. 270.* Quemadmodum remissum ac liberum sim-  
 pliciter in omnia dimittere gustum revera grave est, sic etiam con-  
 cludere hunc ad corporis imbecillitate inutilitatem penitus ab-  
 surdum est. Ieiunia tn, quæ citra omnem superstitionem ab Eccle-<sup>43</sup>  
 sia in diebus pœnitentialibus aut tempore famis à Majestate, *vid.*  
*n. 124. seqq.* aut ægrotis à Medicis indicantur, huc non pertinent,  
 sed illa sine peccato rectè observantur.

Hoc tantum paulò plenius excutiendum est, secundo loco,<sup>44</sup>  
 quænam res homini Victualium usum præbere possint, seu an o-

B 2

mnibus

omnibus aut quibusnam rebus in cibum potumque; uti homini liceat.  
 45 Conclusio generalis hæc rectè elicitur, homo omnibus Creaturis  
 ac rebus licitè ex concessione Creatoris vescitur, nisi quæ speciali-  
 46 ter ipsi sunt prohibita. Hæc verò prohibitio non aliundè derivan-  
 da est, nisi vel ex lumine rationis, vel ex revelatione divina, vel ex  
 lege. Civili, undè cujusque; Juris statuta ordine exposuisse operæ pre-  
 47 tium fuerit. Quod Jus Naturæ attinet, prout ex solo lumine ratio-  
 nis sepositâ omni S.S. literarum notitiâ deducitur, quemadmo-  
 dum nulla Lex affirmativa extat, quâ homini quid edere aut bibe-  
 re debeat, præscribitur, ita quoque; circa Victualium usum nulla  
 expressa extat prohibitio, sed ex generalitate Juris in alias omnes  
 Creaturas, quævis in cibum rectè convertere homini licere facile  
 48 patet. Ex quo enim Natura cuique; homini amorem & Conservatio-  
 nem sui commendat, ad conservationem verò alimentis indiget,  
 manifestum redditur, facultatem quoque; ipsi tributam res illas usur-  
 pandi & concedendi, abs quorum usu vita animalis sustineri ne-  
 quit, Dn. Pufendorf. *Elem. Jurispr. Univers lib. 1 def. 5. §. 14. pr.*  
 49 Undè & appetitum cibi potusque; in homine excitavit, qui expressæ  
 concessionis ac mandati vices obtinet. Omniaque; hominis causa  
 creata esse, ac in utilitatem ejus accomodata, etiam Gentiles  
 50 Philosophi affirmarunt, *vid. Lactant. lib. de Ira Dei. c. 13.* Quare  
 homo 1.) vegetabilibus licitè utitur, eaque; in cibum assumit, siqui-  
 dem hæc aut à bestiis aut tempestatibus anni cæteroquin cor-  
 rumperentur, aut citra industriam humanam planè non proven-  
 tura forent, nullus præterea illis sensus ita ut ægrè ipsis fieri ne-  
 queat, Augustin. 1. *de Civit Dei. 20. fin.* Dn. Pufendorf. *de I. N. & G.*  
 51 *4. 3. 3. fin. 2.)* Carnibus animalium tam terrestrium, quam aquati-  
 52 lium & volatilium. Quamvis enim Justitia esus carniæ non tam  
 liquidò ut in vegetabilibus appareat, siquidem sensu omninò ani-  
 malia prædita sunt, ac vitam cum cruciatu relinquunt, ut proin-  
 53 de cum injuria occisio ipsorum conjuncta. Ad hæc Vegetabilia  
 homini ad escam sufficere posse, nec ventriculo illius carnes tam  
 benè congruere videantur, quàm vegetabilia &c. & quæ plura af-  
 4 feruntur. Undè multi Philosophi ut Pythagoras *vid. Plutarch. de*  
*Carnium esu Orat. 1. & Prophyrius, Dn. Pufendorf. de I. N. & G. 4.*  
*3. 4. Orpheus & Triptolemus, Coel. Rhodigin. 28. Lect. Antiqv. 2.*  
 Gymno-



*Gymnosophista*, *Plin. 12. N. H. 6.* Jovis Propheta in Creta Insula,  
*Hieron. l. 2. in Jovin. Alex. ab Alex 4. Gen. Dier. 17.* integræq; gentes esum  
 carnis improbarunt, eoq; tanqvàm illicito abstinuere, ut Phryges,  
 Brachmanes aliiq; Populi, de quibus *vid. omninò Dn. Pufendorf.*  
*d. §. 4.* Attamen non vereor asserere, Jure quoq; Naturæ carnibus 55  
 animalium vesci licere. Primò enim uti rectissimè *Augustin. 1. de*  
*Civ. Dei. 20. fin.* bruta nulla nobis ratione sociantur, qvàm non  
 eis datum est habere nobiscum communem, qvàm rationem & o-  
 lim Stoici hunc in finem adduxerunt, teste *Plutarch. Orat. 2. de*  
*Carn. esu. in fin.* Ex quo defectu Juris & obligationis inter homines  
 ac bruta status belli sequitur, ut se mutuo laderè possint, ac eo  
 usq; bellum inferre, quantum ex usu suo videbitur, *conf. Thom.*  
*Hobbes. in Elem. de Cive Tit. Imperium c. 8. §. 10.* Præterea Cicures 56  
 animantes præda futura erant rapacium, aut nisi ab hominibus  
 alerentur; fame peritura. Tandem & nimia eorum multitudo ho- 57  
 mini ipsi victum præriperet, undè ne angusta & maligna fiat ho-  
 minibus habitatio, multitudo earum accidenda, *conf. Exod. 23. 29.*  
*Deuterom. 7. 22.* Quibus fundamentis esum carnis animalium de-  
 ducit ex lumine Naturæ, *Dn. Pufendorf. de I. N. & G. 4. 3. 3. & 5.*  
 Undè & qvæ superius allata sunt, per se corruunt. Siquidem ut jam 58  
 dictum cessante inter homines ac bestias socialitate, occisio est  
 licita. Deindè rectius negant Theologi, homini post diluvi- 59  
 um herbas, olera & segetes aut saturandis hominibus sufficere  
 posse, aut tam benè ac carnem alere, *vid. Interpp. ad Gen. 1. & 9.*  
 Hisce præmissis facilè deducitur, qvænam pro cibo ac potu sume- 60  
 re non liceat? Et quidem cum Natura hominem ad socialitatem  
 determinaverit, ac inter homines societatem qvandam constitue-  
 rit, *vid. l. 3. ff. de J. & J.* sic ut inter absoluta Juris Naturæ Præcep-  
 ta meritò & illud emineat, neminem laderè, qvò velut sacrosan-  
 cta & vita & fama & bona hominis muniuntur. Hinc 1. illud fa- 61  
 cilè elicitur, Jure Naturæ regulariter non licere carnibus hu-  
 manis vesci, qvò solidissimè probat *Tertulliam. Apologet. adv.*  
*Gen. c. 8.* Nec obstat esum illius qvandoq; permissum fuisse. Si- 62  
 cuti apud Scythas, Massagetas ac Derbices a osq; barbaros passim  
 receptum fuisse, propinqvos senio confectos jugulare & carnibus  
 illorum vesci, testatur *Hieronym. l. 2. advers. Jovinian. Eusebius de*

*Præparat. Evangel. lib. 1. c. 3. Tertullianus Apologet. c. 9. & Sexa.  
 Empyr. Pyrrh. Hypotyp. lib. 3. c. 24. & 25. Aristot. Nicom. 7. c. 6.  
 Solin. c. 33. Pompon. Mela. l. 2. c. 1. Alex. ab Alex. Gen. dier. l. 3. c. 2.*  
 ubi tradit, quædam Nationes circa Pontum sibi invicem infantes  
 63 ad epulandum mutuare. Hos omnes enim in Jus Naturæ gravissi-  
 mè peccasse, neq; ea permissione ullo modo sese excusare posse,  
 plus, quàm manifestum est. Nam nulla Civitas lege aut permis-  
 sione suâ tanquàm facto aliquo potest Actus Juri Naturæ directò  
 contrarios à criminis nota eximere aut justitiam illis tribuere,  
 Dn. Pufendorf. *de J. N. & G. 8. 1. 3.* Gravius adhuc & sine excusa-  
 tione delinqvunt illi, qui meræ vindictæ cupiditate hostium caeso-  
 rum carnibus vescuntur. Exempla ejus rei antiqua & recentia vi-  
 deantur *ex Athenæo, Pontano & Leandro ap. Camerar., H. Subcis. p.*  
 64 *1. c. 84. & Thuan. Hist. l. 31. ad ann. 1562. it. l. 45. ad ann. 1569* Ne-  
 tanda autem & diabolica planè fuit impietas, Gnosticorum Hære-  
 ticorum, qui in ignominiam S. S. Cœnæ Semen humanum &  
 Menstruum sanguinem in communi edere præterea foetum hu-  
 manum in mortario quodam pistillo tundere, & admixto melle  
 accipere, aliisq; unguentis ad Nauseam avertendam in cibū cape-  
 65 re non horruerunt. *Vid. Epiphani. H. 26. fm. 28.* Patet etiã ex his ipsis,  
 quoniam aliorū carnibus vesci nec homini fas est, multò minus li-  
 citum esse, ut feris aliisq; bestiis ad saginam homines vivi objici-  
 antur, quod contra Jus Naturæ tamen factum à Caligula, Sveton,  
*in ipsius Vita, c. 26. fin. & c. 27.* refert, de Hispanis in India Macellum  
 carnis humanæ habentibus *vid. Camerar. H. Subcis. p. 1. c. 38. conf.*  
*Dn. Pras. ad Grot. 2. 19. 5. fin.* & ab Hircanis & Caspiis, qui alitibus  
 66 & canibus mortuos devorandos projecere, *Euseb. d. l.* Deindè cum  
 ex illa Juris Naturæ lege fundamentali, quam *n. 38. 39.* adduximus,  
 quemlibet nempe ad tuendum ac conservandum se membraq; ac  
 vitam suam, quantum potest teneri, illud sponte fluat, quemlibet  
 debere omittere ea, quæ vel rationis usum debilitant, vel corpori  
 aut sanitati noxam inferunt, Dn. Pufendorf. *lib. 2. Elem. Jurispr.*  
 67 *Univ. obs. 4. §. 8.* hinc colligitur 2. Quemq; debere abstinere ab esu  
 venenatorum sive Animalium reptilium sive herbarum. Eo ipso  
 enim dum Natura de Victu homini sufficienter abundeq; prospe-  
 xit, tot res innoxias & salubres producendo ipsiq; indidit, ut escam  
 venena-

venenatorum naturaliter refugiat, quibus & nutriendi virtutem  
denegavit, solis meridianò clarius patet, ea Victualium numero  
excepta, nec proinde in cibum adhibenda esse. Nec movet, quod 68  
olim Itali Mustelas, Hispani Testudines domi portas, & milites ger-  
mani bombyces frixos comederint, referente *Stuck. 2. Conviv. 9.*  
idem enim de his quod de carnem humanam epulantibus modo  
dictum fuit, esto Judicium. Quid de illis statuendum, qui ranas, 69  
conchilia, taliaq; edere solent, ipsi, qui hisce epulis delectantur, vi-  
derint. Deniq; & illud 3. generaliter observandum, etiam illos 70  
cibos, qui quidem in genere non sunt prohibiti, vitandos esse, ta-  
men si qualitate aliquam immoderatam, ut humiditate, viscositate,  
calore nimio aut frigore noxii, aut alias temperamento nostro  
sint contrarii, propter quod convenit & statum corporis prout  
habet & ciborum qualitates considerare, ne alias ignem ad ignem  
derivemus & sanitatem nostram destruiamus, talia enim assumpta  
in cibum latenter corpus conturbant, non minus, quam ea, quæ  
per se fugienda sunt. Hinc quia corpora nostra ex quatuor Ele-  
mentis constant, ei quod deficit, per alimenta opem feremus, ejus  
verò quod redundat, per detractionem vires emolliamus, non so-  
lum quantitatem caliditatis & frigiditatis in nobis, sed etiam qua-  
litatem siccitatis & humiditatis expendentes ita ut aliis quidem &  
quantitatem addamus, ab aliis v. detrahamus & aliorum qualita-  
tes augeamus, aliorum imminuamus, per vitæ ductum, & alias per-  
mutemus, alias secundum naturam conservemus, elegantiss. *Basil.*  
*M. lib. de Virginit. non longè ab initio. f. m. 270. & 271. Edit. Fro-*  
*ben. Anno. 1552. ubi plura notabilia habet, quæ huc faciunt.*

Quod ad lumen revelatum seu Jus divinum morale attinet, 71  
eo quidem quænam edere liceat satis clarè in concessione illa seu  
privilegio divinò, *Genes. 1. v. 29. 30. & c. 9. 3.* expressum. Quæ con-  
cessio non vim habet alicujus præcepti, sed indulgentiam tantum  
Privilegii, uti monet Dn. Pufendorf. *de J. N. & G. 4. 3. 2. conf.*  
*Guilielm. Est: in Annot. ad loc. diff. S. S. Genes. 1. v. 5. 22.* Quemad- 72  
modum v. facultas hominis in Creaturas, quod ad lumen revela-  
tum generaliter exinde satis firmatur, quod quia Deus vitam homi-  
ni indulserit, concessisse quoq; intelligatur usum illarum rerum  
sine quibus illa conservari nequeat, Dn. Pufendorf. *d. l.* ita mani-  
festissime omnium ex *ad. 2.* Scripturæ sacre probatur, ex quibus  
patet

patet, homini statim ac à Creatore productus est, Dominium non  
 solum in bestias concessum, sed & insuper ne nunquam hac in par-  
 te hæreret dubius, omnem herbam, afferentem semen super ter-  
 ram, omnesq; arborum fructus in escam expressis verbis datam,  
*Genes. 1. 28.* Sicq; post Creationem statim homini paratissimam  
 culinam assignatam fuisse. Quæ concessio post Diluvium repetita  
 & insigni extensione aucta esu scil. carniū expressè permisso,  
 73 *Genes. 9. 3.* Proindè i. nullo modo dubitare licet, vegetabilia hoc  
 Jure justè in cibum adhiberi, uti quidem negando insigniter deli-  
 tarunt Saturninus, Sim. Magi discipulus, Tatianus & Encratitæ,  
 item Marcionitæ, *vid. Epiphan. Heres. 42. Manichæi, Augustin. 2.*  
*de Moribus Manich. 17. & 6. contra Faustum 6. & 8. Epiphan. Heres.*  
*66.* somniantes quinto Decalogi præcepto prohiberi interfectio-  
 nem cujusq; viventis, nec propterea herbas decerpere audentes, nec  
 agrum spinis purgare & agriculturam tanquam plurium homici-  
 diorum ream accusantes, *Augustin. 1. de Civ. Dei. 20. ubi L. Coqv.*  
 74 *8. & 9.* nec 2. esus carniū in dubium hoc jure vocandus, post  
 permissionem divinam, siquidem ut elegantissime Augustin. *de*  
*Civ. Dei. d. l. fin.* justissima Creatoris ordinatione & vita & mors  
 animantium usibus nostris subditur, nec præceptum V. hic strin-  
 git omniaq; animalia propter usum hominis creata, uti & *ex Ari-*  
 75 *stot. & D. Thoma probat Coqvus ad Augustin. d. l.* Num verò &  
 ante diluvium carnibus animalium vesci licuerit, alia est quæstio  
 in utramq; partem à Theologis veteribus & recentioribus dispu-  
 tata. Utriusq; partis argumenta enucleatè exhibet *Magnificus Dn.*  
*Præses in Notis ad Grot. de J. B. & P. 2. 20. 9. 3. p. 439.* ubi ipse ta-  
 men cum plerisq; rem in medio relinqvendam esse censet, cui me-  
 76 ritò subscribo, *add. L. Coqv. ad Augustin. de Civ. Dei. d. l.* Contra  
 v. de illis, quæ comedere non liceat, nulla specialis prohibitio re-  
 77 peritur. Nam legem, quæ *Genes. 9. v. 4.* esus sanguinis interdicitur,  
 non naturalem seu perpetuam sed positivam tantum ac tempora-  
 riam esse, Theologi docent, quæ quamvis in novo fœdere *Actor. 15.*  
*v. 29.* in Cancilio illo Apostolorum renovata sit, eam tñ. tempora-  
 riam tantum fuisse, evitando scil. scandalo, tradunt divinarum  
 literarum Interpretes, & colligitur non obscure *ex 1. Corinth. 10.*  
 78 *25. seqq.* Discrimen v. ciborum mundorum & immundorum, ho-  
 rumq;

rumq; prohibitionem *Levit. 11. & Deut. 14.* ad Remp. Judæorum  
restringi easq; leges ad forensium tantum classem referri debere  
unanimes est Theologorum sententia, quæ ipsius Salvatoris Nostri  
doctrinæ sanè omninò conformis est, qui docet, quod intrat in os,  
non coinquinare hominem, *Matth. 15. v. 11. ibiq; Interpretes.* Et 79  
quamvis prohibitio illa V. T. non ex causa tantum 1. Ethica &  
moralis, ut populus scil. duræ cervicis hóc frenò ad obedientiam  
assuefieret, & 2. Politica, ut scil. populus Dei à reliquis Gentibus  
hæc notâ secerneretur, itemq; 3. præsertim Typica seu Mystica, ut  
scil. abstinentia à cibis immundis esset eis stimulus & incitamen-  
tum ad munditiem spiritualem, sed etiam 4. ex causa Phycica seu  
Medica processerit, ut consuleretur sanitati Populi Judaici, quæ  
ultima & alios homines adhuc stringere videtur. Attamen quoni- 80  
am Gens illa ad morbos tantum singulares disposita fuerit, qui re-  
liquas non affixere, temperamentum quoq; & Regionis & Inco-  
larum ab aliis diversum fuerit, facile patet prohibitionem istam  
[ quæ ut Grotius vult de *J. B. & P. 1. 4. 7. 1.* nec in Judæis ipsis per-  
petua fuit, sed exceptionem necessitatis habuerit, ] tanquam loca-  
lem hodiè cessare, postquam præsertim in N. T. discrimen ciborum  
penitus sublatum fuit, *vid. Act. 10. vers. 15. Rom. 14. vers. 14. Col.*  
*2. vers. 16. vid. Tertullian de cib. Judaic. c. 5. seqq. & Clem. Alex.*  
*Strom. l. 3.* Quamquam v. rectissimè Theologi, quod carnem ani- 81  
mantium Lege Mosaica vetitorum doceant immunditiem illorum  
legalem tantum fuisse, non etiam naturalem, siquidem omnis  
Creatura Dei bona, nullaq; suâ naturâ & essentiâ mala aut abomi-  
nabilis est: indè tn. inferre non licet ac si planè nulla animalia  
immunda darentur, adeòq; omnibus omninò indistinctè vesci,  
Christianis permittim, siquidem nemo dubitabit, venenata illa  
reptilia immunda esse, scil. uti eleganter distingvit Gvil. Estius in  
Annot. ad loc. diff. S. S. ad *Levit. 11. 2.* quoad usum corporalem;  
taliter enim sunt affecta ut in cibum sumta nocumentum affe-  
rant, quare & homines ea communiter ceu noxia & sordida refu-  
giunt. Quam rationem etiam affert Estius in *Addition. ad d. l. f. 82*  
*m. 1285.* cur esus herbarum noxiarum & mortiferarum non fuerit  
Lege divinâ prohibitus, quia nempe eas naturæ Lex satis prohibet,  
quam Deus in Lege sua præsupponit; sunt quidem & venenata  
essentiâ

G

essentiâ

- 83 essentiã suã bona & à Deo hominum causa creata: Enimverò non ad escam, unde naturaliter & ea homines horrent; sed uti doctissimus Pater *Lactantius 7. divin. Instit. 4. & lib. sing. de Ira Dei. c. 13.* omnium optimè hæc explicat, bona homini proposita sunt, quibus utatur; mala, quæ vitet & caveat, & idcirco data est illi sapientia à Deo, ut cognita bonorum & malorum natura in appetendis illis & declinandis his vim rationis suæ exerceat ac proinde bona appetat ad utilitatem, malum ad salutem rejiciat, *add. Basil. Hexoem. Homil. 7. circa fin. f. m. 38. & 39. Augustin. de Civ. Dei. 11. 22. & 12.*
- 84 *4 ibiq; Coqv.* Carnibus verò humanis vesci Jure Divinò omninò illicitum esse, notius est, quàm ut probatione indigeat, *Sapient. 12. 6. Esai. 49. 26. Deut. 22. 53. & Zach. 11. 9.* Licet enim in Lege divina nulla expressa prohibitio extet, sufficit tñ. quod homines naturaliter hanc escam fugiant, quam Naturæ legem Deus in Constitutione Juris sui semper præsupponit, *Gvil. Est. in Addit. Annot. ad Loc. S.S. ad. Lev. 11. 3. & includit prohibitionem manifestè quintum Decalogi Præceptum, vid. Augustin. 1. de Civ. Dei. 20.*
- 85 Quod deniq; sanctiones Civiles attinet, variæ circa esum victualium reperiuntur leges, quibus certum illorum genus in cibum assumere prohibitum fuit. Siquidem Leo Imper. (rectene an minus, nunc non quæro,) esum botulorum sanguine bestiarum repletorum sub gravissima pœna interdixit, *Nov. 58. ibiq; Hug. Grot. in Spars. Flor. ad Jus Justin p. 340. ubi ex SS. P.P Monumentis docet, interdictum Apostolorum de non edendo sanguine studiosissimè à Christianis longò tempore fuisse observatum. Sed ejus Novellas nunquàm vim legis obtinuisse docet Cujac. 17. Obs. 31. &*
- 86 *Hillig. ad Donell. 26. 12. A. p. 1392.* Valens quoq; Imper. Legem per Orientem tulit, ne quis Vitulorum carnibus vesceretur, utilitati agriculturæ providens Hieron: *l. 2. in Jovin. vid. Cujac. 4. Obs. 20. ubi & bovem aratorium Attica Lege mactari prohibitum,*
- 87 *ex Ælian. 5. Variar. Hist. & Plin. l. 8. refert.* Olim quoq; cum Majores nostri à Bonifacio Anglo Archi Ep. Moguntiaci Germanorum ideò Apostolo vocato ad fidem Christianam converterentur, Zacharias Pontifex Rom. in Epist. ad dictum Bonifacium emissa, (ex qua desumptum est *c. Antecessor. 104. Caus. 11. qv. 3.*) esum carnis equinæ, item lardi crudi interdixit, quem imitatus Calixtus P. R. qui

qui conversos Pomaranos esu immundorum morticinorum, suffo-  
catorum & idolothytorum, iteraq; sanguinis animalium prohi-  
buit, docente Petr. Albino *Chron. Misn. Provinc. tit. XI. f. 139.* Ca-88  
terum quamvis hodie quantum e quidem constat, Leges quibus  
esus potusq; certarum rerum *Victualium* prohibetur, vix in ulla  
Republ. extant, attamen nullus planè dubito, quin Majestas, si ci-  
tra superstitionem & Religionis respectum fiat, circa esum *Victu-  
alium* Leges condere ac quasdam illorum species sanitati maximè  
noxias, aut quæ ad gulam & luxum magis, quam ad nutrimentum  
faciunt, & ingentis tn. sunt pretii, aut si aliàs sit ex usu Reipubl.  
Lege publicâ comedendas prohibere rectè possit; rationem *vid.  
cap. seq. 2. n. 77.* Discrimen verò illud ciborum, quod Ecclesia Ro- 89  
mana constituit, quæ cum potestate Ecclesiastica & Politicam sibi  
asseruit, ac stans temporibus certorum *Victualium* usu interdixit,  
illud Augustanam Confessionem amplectentes uti totum Ponti-  
ficium jugum penitus rejiciunt, aliud ex S.S. literis edocti, ubi ta-  
lis prohibitio doctrina Dæmoniorum vocatur, tanquam mera hy-  
pocrisis, *ad Coloss. 2. 20. seqq. & 1. Timoth. 4. 3. de quo plura Theo-  
logi.* Videatur interim *Judicium* Erasmi, *in Notis ad N. T. f. 58. &  
507.* Et hæc de Esculentis sufficiant.

De Poculentis res videtur expedita. Duæ enim tantum spe- 90  
cies simplices occurrunt, vinum videlicet & aqua, cui tn. nonnun-  
quam alia admiscuntur, quò aqua nutriendo corpori reddatur  
commodior, undè Zythum seu Cerevisia cujus mentio *apud Ulpian.  
in l. 9. ff. de Trit. & vino leg.* ubi alias species poculentorum re-  
fert, it. mulsum, vinum adustum &c. Aquæ v. usum sicut ipsa Natu-  
ra docuit, sine quo humanum genus si non planè interiret, ad pau-  
cos certè redigi necessum foret, ita quin licitè Jure tam divino,  
quam naturali & civili in potum adhibeatur, nemo nisi palàm  
furiosus dubitabit. Vini quoq; usum non illicitum esse constat, 91  
sive Jus Naturale respiciamus, quod (si nulla alia ratio superesset,)  
vel ideò vini potum permittit, quia homini ex cultura, sine qua &  
planè non proventurum foret, specialis facultas competit, hanc  
creaturam in utilitatem suam convertendi, quæ nisi ab homine  
consumeretur, nullo ferè usui futura, sed prorsus inutiliter peri-  
tura foret, cum tn. hominum sanitati conservandæ maximoperè  
conducat,

- 92 conducat, sive Jus divinum, quò usus illius cuiq; permisus, *conf. Psalm. 104. vers. 15.* frustra negantibus nonnullis Hæreticis, de quibus *vid. Magnif. Dn. Præs. in Dicastic. Concl. 21. §. 1. seq.* nisi vel ex peculiari revelatione uti Samson: *Judic. 13. vers. 7. 14.* aut voto
- 93 ut Rechabita & Nasaræi ab illo arcerentur. Jure quoq; civili tamdiu vini usus licitus est, donec expressè prohibeatur, uti Mulieribus apud Romanos, *vid. omninò Tertullian. Apologet. cap. 6. Plin. 14. N. H. 13. & apud Turcas vid. Alcoran. lib. 1. c. 24. & 46. edit*
- 94 *Norib.* aliasq; Gentes usus ejus fuit prohibitus. Cæterum uti *sup. n. 61. 84.* dixi, esum carnis humanæ Juri tam Divino, quàm Naturali repugnari, ita de potu sanguinis humani idem asserendum puto *arg. Exod. 7. 17. seqq. & Apocal. 16. 6.* qui tñ. olim usitatus fuit variis Gentibus in sanciendo fœdere, Tacit: 12. 48. 3. Salust: *in Catilin. Val. Max. 9. c. 11. Extern. 3. Athen. lib. 2. c. 2.* quod & exprobrat Ethnicis Tertullianus *Apolog. c. 9. f. 29. Edit. Pamel.* item Bellonæ Sacerdotibus in initiandis sui ordinis, *vid. Tertulian. d. l.*
- 95 Num verò caro & sanguis humanus nec in Medicinam adhiberi possit, alia quæstio est, nec hujus loci. Quamvis Tertullianus loco cit. & illum morem damnet, quando, qui comitiali morbo laborant, sanguinem humanum recens interfectorum malo illi medendo potant. Deniq; illud circa potum addimus, hominem potu non minus, quàm cibo carere posse, ac proindè ad conservandum se & potum adhibere debere.

Tertio loco circa usum *Victualium* in ordine hominis quo

97 ad se ipsum expediendum restat, quantum scil. *Victualium* illi capere liceat? Circa cujus quæstionis resolutionem sciendum, certam & perpetuam regulam hic præscribi non posse. In cibis enim ut aliæ aliorum sunt necessitates, secundum ætates ac studia, & ad corporis habitum propriè divisæ, sic etiam usus & mensura diversa est itemq; modus. Et sufficientia alii est alia, juxta corporis habitum & propositam necessitatem, huic enim uberiore ac fortiore alimento opus est, propter laborem, illi v. tenuiore ac leviore & per omnia conveniente propter infirmitatē. Communis v. scopus esse debet necessitatis expletio, nec unquam ejus termini egrediendi, *vid. elegantiss. hac tractantem S. Basil. M. quæst. diffuse explic. 19. & 20. Lactant. div. inst. l. 6. c. 20. pr. Senec. Cons. ad Helv. c. 9.*

*fin. Undè*



*fin.* Undè patet 1.) illos, qui intemperantia cibi potusq; corpus o- 99  
nervat, contra ipsum Jus Naturæ graviter peccare, quod conserva-  
tionem corporis ac sanitatis cuiq; studiosè commendat, Dn. Pu-  
fendorf. *de J. N. & G.* 2. 4. 2. *pr.* Hobbes. *de Cive Tit. Libertas c. 3. §*  
*25. & c. 4. § 19.* Ingluvies autem nimia ciborum ac ebrietas vires cor-  
poris animiq; destruit ac debilitat, pabuloq; nimis pingvi subti-  
liores spiritus oblimantur. Senec. *Epist.* 15. Quin & intemperantiã  
hâc homo facultate illâ in Creaturas alias ad nutriendum corpus  
concessâ insigniter abutitur, quam sanè tam infinitam concessam  
esse credi nequit, ut ob usus non necessarios sed meræ superflue  
voluptatis causa animal occidatur, aut alia creatura consumatur.  
*conf.* Plutarch. *Orat. 2. de Carn. esu.* Huc pertinent & illi, qui qui- 100  
dem avidè cibo potusq; se ingurgitant, statim tn. omnia vomitu e-  
mittunt, saltem ut gulæ voluptatem satient, quo ipso tn. sanitati  
grave damnum inferunt, Senec. *Epist.* 2. *conf. epist.* 119. & *Conf. ad*  
*Helv. c. 9. fin.* Quid divinæ literæ circa luxum & abusum Victua- 101  
rum statuunt, Christiano homini non ignotum est: Superimple-  
re ventrem & degravari cibis maledicto dignum est, *Luc.* 6. 25. Ba-  
sil. M. *qv. est. diffusè explic.* 19. Hinc facilis decisio est quæstionis an 102  
Salutipotations & provocationes ad æquales haustus sint licitæ?  
Equidem potus liberalior non est simpliciter illicitus nec noxius,  
*vid.* *Genes.* 43. 34. Senec: *de tranquill. anim. r. ult.* Quin & saluti- 103  
potations absolutè damnari nequeunt, siquidem & jam olim mo-  
ris fuit etiam sanctis pro amore non tantum viventium, sed &  
sanctorum demortuorum bibere, quod eruditè probat H. Canis.  
*ad Alcuin. Epist.* 22. T. 1. *Leit. Antiqu. p. 648. seq.* ubi & morem hunc non  
improbandum censet, quamdiu intra temperantiæ regulas mansit;  
enimverò si ingentes Cyathos cum detrimento propriæ sanitatis al- 104  
ter exhaurire cogatur, aut & potandi certamen instituat, quod de  
Alexandro M. refert *Ælian.* 2. *Var. Hist. & Athenæ.* 1. 12. Senec. *epist.* 48.  
de Mithridate Plutarchus 1. *Sympos.* 1. omninò res est illicita & dam-  
nabilis *vid.* *Ambros. lib. de Elia à cap. 12. seqq. ad fin.* Augustin. *Serm.* 231.  
& 232. *de Tempor.* & Legibus tam Imperii, quam Provincialibus sub 105  
gravissima pœna prohibita, nihilominus tn. tam frequens, ut in  
mores hoc vitium abierit adeòq; & remedii locus desit. Illud quo- 106  
que patet 2.) usum illorum ciborum fugiendum; quorum gustus

- quidem gulam delectat, sed quibus tñ. Naturæ non satis fit, nec corpus iis nutritur. *vid. Serenis. Angel. Regis Jacobi Donum Regium, l. 3. in Oper. fol. 167.* Ac proinde peccant, qui cibos delicatos exoticos pertiosos simplicioribus & vilioribus sanitati tamen magis conducentibus præferunt, ac præ illis appetunt, *vid. Senec. ad*
- 107 *Helv. d. l.* Cibus enim à Natura & divina bonitate ad corroborandum & sustentandum hominem concessus ac ordinatus, non ad delicias ac damnosam voluptatem. Quapropter non jucunditatem esus finem facere oportet, sed necessitatem ad vitam, reprobata voluptatis protervitate, *Basil. d. qv. 19.* Quò & pertinent conditura illæ & præparationes ciborum, de quibus *supra n. 31.* Quænam verò esculenta & poculenta ad hanc classem referenda, Medicorum est
- 108 *judicare.* Illud tantum addimus, cibum simplicem ac viliolem quod nutriendi & fortificandi vim attinet, delicatiori & multipliciter mixto communi iudicio sapientum præferri; *vid. elegant. Clem. Alexandr. Ped. l. 2. c. 1. Plutarch. l. 4. Sympos. qv. 1. & lib. de*
- 109 *sanitate tuend.* Sanè Majoribus nostris cum Romanorum terror essent, victum valde simplicem fuisse, magnamq; contra famem temperantiam, testatur *Tacit Germ. c. 17.* licet quoad potum contra lentiat.
- 110 Antequàm finem huic articulo imponam, de Principum cibo breviter illud subjungimus, ratione dignitatis illius, quâ Dei gratia alios homines antecellunt, necessitatem quandam splendoris & præminentia circa victum Principibus imponere, *Illustris Dn. de Seckendorff / in Addit. ad Teutscher Fürsten Staat / §. 47. n. 6. pr.* neq; divino aut naturali Juri repugnare hoc credendum est.
- 111 Refertur sanè *1. R. 4. v. 7. 22. & seqq.* magnificum Salomonis Regis Israelis cibarium, i. e. cibus potusq; , quem expositore Theodoreto non solum ipse, sed ministri etiam ac multitudo custodum corporis, qui cum eo convivabantur Principes capiebant quod cibarium non inter peccata Salomonis, quæ *cap. seq. 11.* recensentur, sed inter illas magnificas & incomparabiles præminentias refertur, quibus ex singulari divina clementia aliis omnibus Regibus antecellebat quod proinde inter alia mirabatur Regina Sabæ, *1. Reg. 10. 5. conf.*
- 112 *Cibarium Nebemie*, quod ipse describit, *cap. 5. v. 18.* Magnificum etiam fuit cibarium Ottonis I. Imper. R. G. quod describit *Brotuff. 2. Crbo*

2. *Chron. Martiab. 1. fin. fol. 54.* Quinimò cura Principum & circa 113  
Victum ejus occupata esse debet, in quo autem consistat, sufficien-  
tissimè docet *Generosiss. Dn. de Seckendorff. in Teutscher Fürsten*  
*Staat. 3. 5. 30. & 31. p. 587. seqq. conf. §. 3. 4. 5. 4. pag. 534. u. 535.*  
De cætero monita illa supra. n. 35. 6. & 99. in genere de homine 114  
tradita Principes quoq; tangunt, atq; hæc tantò magis, quod in Per-  
sona Principis non familiæ tantùm suæ, sed totius Reip. salus posi-  
ta sit, adeòq; Princeps omittendo vel cõmittendo circa usũ *Victu-*  
*alium* peccans, sibi, familiæ & Reip. simul ingens damnum afferat,  
siquidem intemperantia hæc Principum, corporis animiq; vires  
destruit, illos in administranda ex debito Republ. segnes & som-  
nolentos facit, subditis scandalo est & malum exemplum præbet,  
deniq; odium & contemptum apud subditos & æratio præsentissi-  
mum exitium parit, videatur omnia hæc elegantissimè docens  
*Illustris & Excellentissimus Dn. de Seckendorff* / qui unus meritò in-  
star omnium est, *in sæpè laudato Teutscher Fürsten Staat / 2. 7. 22.*  
*pr. & §. 23. 24. p. 149. & 153. & in Addit. §. 47. n. 5. & 6. conf. Sc. Ami-*  
*rat. de Instit. Reg & Regn. l. 1. p. 855. Schönborn. 2. Polit. 27.*

Supereff ut de Jure hominis ad alios circa usum *Victualium* 115  
aliquid moneamus; ubi quæritur an alteri *Victualium* usus li-  
citè possit negari? Quod regulariter negandum est. Competit si- 116  
quidem cuilibet homini ex ordinatione Creatoris & conditione  
Naturæ uti supra n. 36. seq. dictum, communiter Jus ad usum *Vi-*  
*ctualium*, quod proindè factò nemini auferri potest citra mani-  
festam injuriam. Proindè dubio caret omni, Caligulam, qui hor-  
reis præclusis, nonnunquàm populo famem indixit, uti *in Vita*  
*ejus c. 26 fin.* Tranquillus refert, hæc Constitutione in Jus Naturæ  
ac divinum peccasse. Idemq; obtinere videtur, etsi alter facinoro- 117  
sus sit, neq; enim ob delictum commissum hõc Jure quis se indi-  
gnum reddit, licet aliàs pœnæ se faciat obnoxium. Undè & Impe-  
rator Leo constituit, illis qui ad Ecclesiam seu Asylum confugit,  
*Victualia* non esse deneganda, *in l. 6. fin. princ. C. de his qui ad Ec-*  
*cles. conf. Dn. Myler. ab. Ehrenbach. de Jure Asyl. c. 12. §. 6.* Num 118  
autem Magistratus nocentem pœnamq; mortis meritum fame ac  
inedia vitam auferre, ac inedia necare rectè possit, alia quæstio  
est. Equidem Tyrannis hanc pœnam aliis infligendi perquàm so- 119  
lensæ

119 Ienne fuit, uti Historiæ loquuntur, *vid. Sveton. in Galb. cap. 3. Ju-*  
*dicem tn. Christianum eandem in alios statuere posse, meritò du-*  
*bitatur. Judici enim minimè licet sævire in facinorosum ultra mo-*  
*dum humanum, nec vaga ejus est potestas in pœna dictanda, sed*  
 120 *alligata præprimis ad Juris divini ac naturalis sanctiones. Hinc*  
*ille, qui sententia Judicis inedia mori debet, neutiqvàm obliga-*  
*tur, obsequium præstare, quin potius, si cibus adsit, quem con-*  
*tingere queat, salvâ conscientia eundem ad sedandam famem vi-*  
*tamq; conservandam capere poterit, conf. Disp. de Jur. Homin. in*  
*se ipsum sub Præsid. Dn. Stryk. in celeberrim. Viadrina anno 1678.*  
*habit. cap. 3. n. 34. Præterea pœna famis humana major & Dei qs.*  
 121 *propria est, quam tanqvàm omnium gravissimam peccatori minaa-*  
*tur & infligere solet, uti ex sacris notum. Affinis valdè huic pœnæ*  
*fuit ap. Romanos Vivi defossionis supplicium, quò Vestales maximè*  
*afficiebantur vid. Lips. de Vest. & Vestal. c. 13. & Guther. de Jur. Vet.*  
*Pontif. l. 1. c. 2. Sed & illud tn. ita fuit temperatum, ut cibaria il-*  
*lis ad evitandam diritatem supplicii nihilominus apponerentur,*  
*Torrent. in N. ad Sveton. in V. Tiber c. 54. ap. Schild. p. 355. scil. ne vi-*  
 122 *derentur inedia reum confecisse, quòd piaculo ducebant. Gul. Can-*  
*ter. l. 7. c. 6. Equidem hoc ipsum supplicii genus nec in Ord.*  
*Crim. in totum sublatum est, vid. art. 131. & 192. fin. ubi M. Ste-*  
 123 *phan. Sed additum tn. & illi transfixio stipitis acuti per corpus*  
*qvâ ratione mortem accelerari nec proindè qui hanc pœnam susti-*  
*net, solâ fame necari manifestum est.*  
 124 *Illud autem observandum, varias esse causas, ob quas Victu-*  
*alia seu cibus potusq; ad certum tempus aut in tantum aliis dene-*  
 125 *gari & usus eorum interdici rectè licitèq; possit. Talis est 1.) indi-*  
*ctio Jejunii, quando ad statum tempus cibo potuq; omni absti-*  
*nendum est, qvale Jejunium 1.) vel Religionis causa ad castigand-*  
*um corpus & pœnitentiæ præparationem ab Ecclesia rectè impe-*  
 126 *ratur etiam adhuc hodiè inter Christianos vel. 2. tempore Caritatis*  
*ad Annonam levandam à Majestate, aut aliàs utilitatis publicæ*  
*causa certis dieb; jejunium indicitur, quod Jejunii Politici genus nec*  
*Theologi improbant, vid. Balduin. de Cas. Consc. l. 2. c. 14. Cas. 5.*  
*n. 5. Exempla ex Herodot. l. 1. & Liv. l. 4. refert ac probat Sc. Ami-*  
 127 *rat. lib. 12. Dissert. Pol. 3. ad Tacitum 12. 43. 3. conf. p. 362. add. For-*  
 128 *ster. ad d. Tacit. Non absimile huic est, quando tempore famis*  
 certum

certum hominum genus ad sublevandam illam Provincia eicitur,  
 uti tempore Augusti Imper. Venalicias & Lanistarum familias i-  
 temq; omnes peregrinorum urbe expulsas fuisse, refert Sveton. *in*  
*Vita ejus* c. 42. Sc. Amarat. d. l. p. 354. vid. *in* Forstn. ad Tacit. 12. *An-*  
*nal.* 43. circa fin. p. m. 172. Grot. de J. B. & P. 2. 2. 19. fin. quod &  
 tempore obsidionis sæpissimè usu adhuc venit. 2.) Tortura, post <sup>137</sup>  
 quàm enim tormentis veritatem à negantibus reis eruere receptū  
 fuit, rectè & inter illa Jejunium seu denegatio cibi potusq; ad cer-  
 tum tempus refertur, uti ex Parid. de Puteo Tr. de Syndic. Paul.  
 Zach. *Quæst. Med. Legal.* l. 6. t. 2. qv. 1. docet. Dn Stryk. de J. Sens.  
*Dissert.* 6. c. 4. n. 5. 6. 7. Deniq; 3.) rectè in tantum *Victualia* dene- <sup>128</sup>  
 gantur facinorosis in pœnam, qui in carcere pane & aqua cibantur,  
 nec alius cibus aut potus ipsis indulgetur, qualis pœna reis con-  
 tumacibus Injurias evomitare nolentibus, Dn. Carpz.  
*Pr. Cr. quæst.* 94. n. 23. item ebriosis & lurconibus, Dn. Carpz. *ibid.*  
*quæst.* 146. n. 28. aliisq; casibus ex arbitrio Judicis rectè imponitur,  
*add. c. 2. X. de emt. & vend.* ubi eadem pœna fraudantibus pondera  
 & mensuras ad 30. dies dictatur.

## CAPUT II.

### De Consideratione Victualium quoad Rem- publicam & Legislationem civilem.

#### SUMMARI A

**C**onnexio . 1. Victualium necessitas in Republ 2. Principes & Ma-  
 gistratus curam Victualium habere debent, & Exempla eorum,  
 qui hoc præstariunt. 3. 7. 8. à Deo oritur Victualium affluentia  
 & ab illo petenda 4. Gentilium Dii Victualium. 5. Cura Victualium  
 quatenus licita. 6. Principum cura circa Victualia in genere. 9. Eam  
 in specie tempore pacis consistere ostenditur (1). in Legislatione de re-  
 bus Victualibus. 10. 11. [2] in Magistratuum circa ea constitutione. 12.  
 quando illi necessarii, & in quo officium eorum consistat. 13. 14. Lau-  
 dantur hac in parte Romani & Magistratus illorum & Officiales circa  
 Victualia recensentur. 15. ut Præf. Urbi & Muneris ejus partes. 16. 17.  
 Præfectus Annona, cujus dignitas & Officium describitur. 18. 19. 20. 21.  
 D Ediles

*Ediles cereales eorumq; Officium. 22. 23. Episcopi seu Inspectores in  
 municipiis 24. Comites horreorum qui fuerint. 25. Mensores frumen-  
 tarii, Portuenses & Caudicarii 26. 27. Cribologus quis. 28 Sitona &  
 Sitocoma quis. 29 Aliarum Gentium Magistratus circa  
 Victualia laudantur. 30. Ad quem in Imper. R. G. cura An-  
 nona pertineat. 31. Officiales in Aula Reg. Germ. antiqui & moderni.  
 32. 33. Negligentia Magistratum modernorum circa Victualia nota-  
 tur. 34 (3) in procuranda copia Victualium. 35. Affluentia Victualium  
 Principi amorem apud plebem conciliat. 36. Egestas Victualium exci-  
 tat seditiones. 37. Ostenditur Victualium affluentiam procurari agri-  
 culturam promovendo. 38. Horrea publica constituendo & frugum  
 copiam colligendo & quid hic observandum. 39. 40. 41. varias res fa-  
 mem sedantes prater frumentum comparando. 42. exportationem fru-  
 menti prohibendo & modi quibus fieri possit. 43. 44. quomodo fru-  
 menti affluentia & vilitas comparari possit. 45. 46. carniū copia  
 quomodo procuraretur. 47. ergo pecuaria promovenda. 48. quibusnam  
 pecudes alere permissum. 49. certa species pecudum fovenda & ma-  
 tatio illorum ad tempus suspendenda, ubi Exempla afferuntur. 50. ma-  
 tatio pecudum non permittenda donec adoleverint. 51. certus nume-  
 rus definiendus ultra quem pecudes alere non liceat. 52. de sale prospici-  
 tiendum 53. (4) in promovendo commercio Victualium & quomodo  
 fiat. 54. 55. Opificium Victualium etiam adjuvandum. 56. Tributa Vi-  
 ctualium an licita. 57. Recensentur usitata in Elect. Sax. ut Accisa. 58.  
 Teloneum & qui ab eo immunes tam Jure Sax. quam Imperii. 59. 60.  
 61. 62. Steura praestantur de carnibus & potu a quibus & quatenus. 63.  
 64. Tributa haec debent esse moderata. 65. & tempore caristiae plane  
 cessare. 66. quanam Victualia etiam immoderatis tributis juste gra-  
 ventur. 67. [5.] in statuendo Victualibus pretio, ubi rationes & exem-  
 pla adducuntur, 68. 69. quodnam pretium hic dicatur justum & quid  
 in definiendo illo spectandum. 70. 71. definitio pretii quosnam obliget.  
 72. cauponibus etiam pretium statuendum. 83. quanam Magistratus  
 pretium definire possint, ubi de Jure Rom. & moderno. 74. 75. 76. (6.)  
 In inspectione Victualium & in quo consistat; 77. Exempla & statuta  
 hanc in rem adducuntur. 78. 79. (7.) in abusu Victualium coercendo,  
 ubi de Tabaco & aquarum contaminatoribus. 80. 81. 82. Victualia  
 considerantur quoad tempus belli illorumq; necessitas demonstratur.  
 83. 84. Mansiones Magazyn instruenda. 85. Annona militaris ex qui-  
 bus*

*us conficit. 86. cavendum ne commeatus intercludatur. 87. Magistratus idè constituendi & Officiales. 88. Uti ap. Rom. Praef. Prat. & Praef. Prov. 89. 90. Susceptor, erogator & Opinator militaris annonae. 91. 92. Officiales Victualium in bello moderni. 93. 96. Discursus inspergitur de hospitalibus hybernis hodiè usitatis, & felicitas Elect. Sax. ab iis immunis predicatur. 94. 95. commeatus frugaliter dispensandus & administrandus 97. an subditi & vicini accola cogi possint ad Victualia in fortalium proximum venalia apportanda? quod sub certo modo aff. 98. 99. 100. 101. an Victualia hosti justè intercludantur ac denegentur? aff. & rationibus ac exemplis confirmatur. 102. 103. 104. subditis sub pœna capitis inhiberi potest, ne Victualia hosti vendant etsi iis abundant. 105. an Victualia licitè devastentur ne hosti cedant? aff. 106. 107. an Victualia in stationes hostium liceat injicere? aff. 108. exempla afferuntur. 109. an qui hostem commeatu juvat, bello justè, peti possit? sub distinctione affirm. 110. 111. quid de Neutralibus statuendum. 112. an populus extraneus ob esum carnis humanae bello rectè petatur? negatur contra Grotium 113. 114. de Potu militum. 115.*

**C**um *Victualibus* vita humana ad sustentationem & conser-  
 vationem suam necessariò indigeat, nec sine hisce durare  
 diu queat, uti *cap. preced. n. 36. seqq.* evictum fuit, manife-  
 stum satis redditur, eandem imò majorem adhuc *Victuali-*  
*um* necessitatem & utilitatem esse ad Conservationem societatis  
 civilis, quæ uti variis rebus, ita præcipuè *Victualibus* indiget, atq;  
 adeò ad beatitudinem ejus copia & abundantia illorum maximo-  
 perè conducit, uti ex Platone probat *Callistratus*, in l. 2. ff. de *Nun-*  
*din.* Frustrà n. sunt omnia alia præsidia, divitiæ, munimenta, Le-  
 ges & sanctiones, quibus Respubl. armatur & exornatur, si *Victu-*  
*alibus* illa deficiatur, *add. Arist. Polit. 2 & 3. Polit. 9.* Proindè Maje-  
 stati in Respubl. circa *Victualia* non minus, ac in alias res incumbit  
 curâ ac sollicitudinem suâ impendere. Et quamvis in confesso sit, à  
 sola bonitate divina *Victualium* affluentiam oriri, cum Deus O M.  
 cibum non condiderit tantum, hominiq; ad sustentandum se sub-  
 ministraverit, sed etiam Creaturis illis in cibum concessis virtu-  
 tem nutriendi indiderit, *vid. Matth. 4. 4. quam & in illis miracu-*  
*losè augere, vid. 1. Reg. 19. 6. seqq. & 2. Reg. 4. 42. seqq.* aut minuere ac  
plane

- planè adimere potest ac solet, *Hagg. 1. 6.* undè & baculum seu scipionem panis frangere dicitur, quando aut famem immittit, aut virtutem nutriendi illi adimit, *Lev. 26. 26. Psalm. 105. v. 16. Ezech. 4. 16. & simil.* adeòq; *Vitualium* copia à solo Deo roganda & expectanda sit, quod & Christiani Politici monent, *vid. Scip. Amirat. ad Tacit. 12. Annal. 43. lib. 12. disc. 3. p. 349. fin. & 350. & Forstner. ad d. 1. Tacit. p. m. 166.* hoc & Gentilium superstitio agnovisse videtur, dum peculiare Deas rerum *Vitualium* sibi finxit, Potinam scil. & Educam, sive ut alii Poticam & Edulicam itemq; Victucam, quæ cibum potumq; procurarent, quasq; eum in finem invocarent, *vid. Augustin. 3. de Civ. Dei. 12. ubi. Lud. Vives lit. r. f. & Coqueus lit. V.* non tñ. ideò opera & sollicitudo humana prorsus excluditur, quin inò cura laboris & providentiæ cuiuslibet homini commendatur, *vid. Proverb. 6. 6. seqq. Actor 20. 31. & 1 Thessal. 2. 9.* tantumq; nimia illa sollicitudo de eventu absq; fiducia in Deum & anxietas cum diffidentia conjuncta prohibetur, *Matth. 6. 25.* Quare extra omnem Controversiam Principi sive alii cuiuslibet, qui Majestatem in Republ. habet, cura rerum *Vitualium*, cui salus Reip. innititur, præprimis cordi esse debet, quippe quæ illorum quasi propria ac peculiaris est, monente Tiberio in nunquam satis laudanda Epistola ad senatum Rom. *ap. Tacit. 3. 54. 7. & 8. omninò Illustris Dn. de Seckendorff in Teutscher Fürsten Staat / 2. 8. 8. & 9. n. 3. pr. p. 208.* quam Symmachus Theodosio perquam eò nomine commendat, *10. Epist. 38. in Edit. Jureti, Epist. 31.* Eamq; curam sollicitissimè egit Claudius, teste Sveton. in *Vita Claud. c. 18.* Princeps cetera non bonus; itemq; Vespasianus & Aurelianus Imppp. quibus volupe maxime fuisse, populum pascere, refert celeberrimus Forstner. *ad Tacit. 4. Annal. 72. 1. verb. pacem exuerè & c. p. m. 396.* nec non Trajanus, *Plin. Paneg. c. 27. ubi Lips. in Not. p. m. 87.* Quoniam autem hæc cura latè sese diffundit, neq; unò capite absolvitur, gubernandæ etiã Reipubl. duo sunt tempora pacis videlicet ac belli, operæ pretium erit, quidnam utroq; tempore administratio Reip. circa considerationem *Vitualium* requirat, ordine exponere.
- 10 Primò itaq; consideranda sunt *Vitualia* quoad Remp. circa Jus Pacis, & in quibusnam Officium summorum Imperantium
- 11 hæc in parte occupetur? Nempe I. in *Legislatione* circa *Vitualia*

alia



alia seu de rebus ad Victum pertinentibus, Plato. 8. de LL. Schönbi  
4. Polit. 29. pertinet enim ad Gubernationem Reipubl. ut Le-  
ges de *Victualibus* necessaræ ac salutare condantur, quibus scil,  
abundantia illorum promoveatur, contra abusus & corruptio  
tollatur, ac egestas impediatur. *Generosissimus Dn. de Secfendorff*  
in *Teutscher Fürsten Staat* / 2. 8. 9. ad quem interim remit-  
to, specialiora quæ ibi docet in sequentibus, juxta illius ductum,  
quantum quidem ingenii tenuitas permittit, deducturus.

II. In *Magistratum Constitutione*, qui nempe- 12  
omnia procurare debent, quæ ad comparationem, emtionem,  
transvectionem, affervationem & distributionem annonæ alio-  
rumq; *Victualium* pertinent. Et tales Magistratus sapientissimè 13  
non famis tantum tempore constituuntur, Scip. *Amirat. lib. 12.*  
*Disc. Polit. 3. ad Tacit. p. 352.* Forstner. *ad Tacit. 12. Annal. 43. §.*  
*quod sistis. p. 171.* Sed etiam & maximè quidem tempore uberta-  
tis Speidel. in *Specul. V. Jurkauf* / fol. 389. juxta prudentissimum Jo-  
sephi Consilium Pharaoni datum, *Genes. 41. 33. seqq.* Talium au- 14  
tem munerum administratio magnam sapientiam & prudentiam  
requirit, Dn. Marquard. *de Mercat. l. 4. c. 6. n. 43.* ideòq; illis non  
quolibet promiscuè, sed non nisi Viri prudentes, virtuosi, fideles,  
probè noti & mentis integritate præditi, hisce Officiis sunt præfi-  
ciendi, *arg. l. 1. in fin. C. de Cond. in pub. horr. lib. 10.* Et quoniam 15  
hac in parte magna pars prudentiæ civilis posita est, quæ quantum  
videtur in nulla alia Republica majori cum sollicitudine fuit ad-  
hibita, quam in Romana, non frustra fuerit, Magistratum ab illis  
in hunc finem constitutorum munia breviter exposuisse.

Primarius autem Magistratus *Victualium* apud Rom. erat  
1.) Præfectus Urbis pariscum Præf. Prætorio dignitatis, ad cujus 16  
Officium inter alia pertinuit cura Annonæ & rerum venalium *l.*  
*1. §. 1. C. de Off. P. U.* imprimis verò carnis omnis generis, ut  
scil. justo pretio vendantur, *l. un. §. 11. ff. eod.* Dn. Strauch. *Dissert.*  
*Acad. 2. §. 11. n. 1. 3. §. 11.* Curabat etiam P. U. condita in horr.  
*publ. l. 1. C. de Cond. in pub. horr. lib. 10.* Deniq; omnes corporati 17  
Urbis Rom. veluti Pistores, Suarii, Boarii, Pecuarii, caupones, fru-  
menti & olei Portitores, Susceptores vini, qui in certum corpus  
coacti, & ei quasi servitute quâdam in perpetuum obstricti erant,  
eorumq;

eorumq; forum P. U. subijciebantur, ad ejusq; curam spectabant,  
*l. 4. C. de Off. P. U. t. t. C. de priv. corpor. U. R. lib. 11. & tit. seqq.*  
*ibiq;* Cujac. Dn. Strauch. *d. l. n. 12.* Habebat Præf. Urb. suos Appa-  
 ritores, de quibus *t. t. C. de Appar. Præf. U. l. b. 12.* Præf. U. sequitur  
 18. 2.) Præfectus Annonæ de quo *rubr. tit: 42. C. lib. 1.* primusq; crea-  
 tus fuit Spurius Melius, tempore famis ingentis, *teste.* Augustino.  
*3. de Civ. Dei. 17. p. m. 318. anno. U. C. 310. Liv. lib. 4. c. 12.* Lucium Mi-  
 nitium P. A. creatum fuisse refert, Spurium Melium verò per Lar-  
 gitiones frumentarias Consulatum tantum affectasse. *conf. in.*  
 Pompon, Lat. *de Magistr. Rom. 1. 9. & Jan. Gulielm de Mag Rom. c.*  
*23.* Erat hic P. A. sub dispositione Præf. U. *l. 1. C. de Off. P. U. mag-*  
*naq;* ejus dignitas, uti videre licet ex *Cassiodor. 6. Var. 18. add. Lips.*  
*ad Panegy. Plin. c. 27. p. 88. Symmach. 10. Epist. 43. in Edit. Juret.*  
*36. quem vide in Not. p. 93. Cujac. in wagar. C. ad tit. de Off. Præf.*  
*Ann.* unde illud munus non nisi magnis & prudentibus Viris com-  
 missum, ut Pompejo, qui Officio huic summa cum laude per 5. an-  
 nos præfuit, *Plin. in Panegy. c. 29. ubi Lips. in Not. p. 90 & Andr.*  
*Dom. Flocc. de Potest. Rom. 2. 15.* Præfecturam annonæ etiam sub  
 19 Alexandro Ulpianus Jctus gessit, *vid. l. 4. C. de locat.* Fuit hic Ma-  
 gistratus extraordinarius tantum & initio quidem temporaneus,  
 uti docet *Donell. 17. 7. Bb. ubi Hillig. Dn. Struv. Dissert. de Annon.*  
*th. 8.* postea legitimus & perpetuus factus, *Cujac. ad l. 2. § 33. de*  
 20 *O. J. T. 2. Oper. f. 97. F.* Ad Officium ejus spectabat cura Annonæ,  
 aliarumq; *Victualium* rerum, *l. 1. C. de Off. P. U.* ut seil. frumentum  
 undiq; coemeretur & adveheretur pro Populi Rom. necessitatibus,  
 advectum inspiceretur, distribueretur & justo pretio venderetur  
 item ut Officinas Pistorum discurreret, pensumq; & munditiam  
 panis exigeret, *Cassiod. d. l. Cujac. ad l. 1. C. de Can frum. U. R. lib.*  
 21 *11. Andr. Dom. Flocc. d. l. p. 95.* fuerunt sub cura illius navicularii  
 & negotiatores Annonæ, de quibus *l. 5. §. 3. ff. de J. immunit:*  
 item mensores frumentarii, *l. 26. ff. de Excusat. & pistores,* *Cujac.*  
*in wagar. C. d. t. cognovit de variis causis civiliter & criminali-*  
 ter, ut de Dardanariis *l. ult. §. fin. ff. ad L. Jul. de Annon.* item in  
 causis civilibus inter illos, quos sub cura ejus fuisse modo diximus,  
*l. ult. ff. quod cum eo qui in al. pot. Cujac. d. l. Dn. Struv. Dissert. de*  
*Annon. lb. 8.* Plura de Præfecto Annonæ *vid. ap. Lips. a Tpacit*  
Annal.

*Annal. 7. & ad Sen. de brev. Vit. c. 18. it. 1. Elect. 8. Cæterum hoc,*  
 Officium procedente tempore coepit vilescere & contemni ut re-  
 fert Boet. *de Cons. Philos. l. 3.* Habebat & hic suos singulares Ap-  
 paritores, per quos frumentarium Canonem exigebat, de quibus  
*l. 1. C. de Apparit. Praef. Ann. lib. 12. 3.)* Ædiles cereales à Cerere ita 23  
 dicti, quos Julius Cæsar primùm aucto Ædilium numero quater-  
 nario duobus hisce additis, constituit, *Dio. l. 43. fin. l. 2. § 32. de O.*  
*7.* Vocantur & à Cicerone aliò nomine Curatores Annonæ, græcè  
*ἀγορανόμοι;* Præfecti hi erant rei frumentariæ, frumento scil. ex- 23  
 plorando, probando & dividendo, erantq; homines plebeji, Cujac  
*in Not. ad d. l. 2. §. 32. de O. 7. T. 2. Oper. f. 96. E.* ad quos cura illius  
 & aliarum rerum venalium & æstimatio spectabat, Lips. *de Ma-*  
*gistr. Rom. c. 13.* Schard. *in Lex Jur. V. Ædilis & V. Annonarius.*  
 His Ædilibus Imperatores in Urbem reversi, frumentum ut Præto-  
 ri captivos, & quæstori stipendium tradebant, Jan. Gulielm. *de Ma-*  
*gistr. Rom. c. 11.* Jus dicebant de rebus venalibus, omniaq; dirige-  
 bant, quæ forum venalium spectabant, mulctam etiam indice-  
 bant, *l. un. §. fin. de via publ. & flagellis cædebant, vid. Lips. & Gu-*  
*lielm. d. l. in Rep. Rom. p. 285. & 344.* Fuerunt apud Romanos præ-  
 ter hosce Magistratus & alii Officiales ac Ministri circa *Victualia,*  
 quamvis ipsi Magistratus non essent, ut 4.) Episcopi seu Inspecto- 24  
 res in Municipiis, qui pani coeterisque Venalibus præerant, qui per-  
 sonalibus muneribus fungebantur, *l. ult. §. 7 ff. de Mun. & bon.*  
 quò nomine eqvidem Ædiles cereales venire statuit *ibid.* Gothofr.  
*in Not. lit. O. & Schard. in Lex. Jur. V. Episcopi.* sed quia illi Ædi-  
 les Romæ tantùm suo muneri præfuere, hi v. Episcopi qui vocan-  
 tur, ab Ordine Decurionum constituiebantur, indè probabile est  
 fuisse munus eorum ab Ædilium diversum & municipalium tan-  
 tum Civitatum, Dn. Struv. *Dissert. de Annon. th. 21. ubi cit. Panciroll.*  
*de Magistrat. Municip. c. 13. §.* Comes Horreorum, uti vocatur in 25  
*l. un. C. de Pistor. lib. 11. i. 2.* Curator ac Præpositus horreis publi-  
 cis, in quibus frumentum populi Rom. asservabatur, *vid. l. 2. &*  
*6. C. de Suscept. & Præpos. lib. 10.* habuerunt etiam privati sua hor-  
 rea, *l. 7. ff. de instr. & instr. leg. l. 55. & 60. locat. & qui præpositi*  
*erant custodiæ horrei, vocabantur Horrearii, d. l. 60. §. fin. locat.*  
 Schard. *Lex. Jur. V. Horrea,* Sed hi cum illis non confundendi. 6.)  
 Horres

26 Horreis porrò publicis etiam alii Ministri adhuc erant adjuncti,  
 ut *Mensores frumentarii*, custodiendis, admetiendis & æstimandis  
 conditis à Præf. Urb. præpositi, uti officium eorum describitur in  
*l. 1. C. de Cond. in Horr. pub. lib. 10. ubi Cujac.* habebant illi Romæ  
 Collegium & vacationem munerum personalium, aliisque immu-  
 nitatibus adhuc gaudebant. *vid. l. 10. §. 1. de Vac. Mun. & l. 26. de  
 Excus. l. un. C. Theodos. de Mensor.* Schard. in *Lex. Jur. V. Mensor.*  
 27 Dn. Struv. *de Annon. tb. 18.* Qui horreis in portibus Tyberis, in  
 quibus Annona urbana condebantur præerant *Portuenses*, speciali  
 nomine vocabantur, Cujac. *ad d. l. 1. C. de Cond. in horr. pub.* quibus  
 junguntur Caudicarii, i. e. Nautici frumentarii à Caudicariis navi-  
 28 bus ita dicti, Cujac. & Dn. Struv. *ad. ll. 7.* Crithologus, i. e. qui  
 frumentum, quod ex Ægypto Alexandria advehebatur, suscipie-  
 bat & excutiebat, & Zygostasius, qui frumentum illud admetiebat,  
 de quibus *l. 1. C. de frum. Alex. lib. 11. & ibi Cujac. ubi disponitur.*  
 29 quinam ad hæc munera admitti debeant. 8.) Sitona seu Sitocoma,  
 i. e. Curator Annona, quorum officium inde Sitocomia item Sito-  
 nia vocatur, *vid. t. t. C. ut nem. lic. in coemt. spec. lib. 10. ubi Cujac. l.  
 ult. §. 5. ff. de Mun. & bon. ubi Gothofred. l. 2. pr. de vac. mun. & l.  
 3. §. 2. seqq. de Adm. rer. ad Civ. pert.* ex quibus locis privilegia  
 & officium eorum satis intelligi potest, quod scil. in eo consiste-  
 bat, ut frumentum, hordeum, oleum inde ἀλαμίνος appellabant,  
 aliasque species rerum *Victualium* à Provincialibus, qui etiam ad  
 vendendum cogebantur, Fisco coemerent, usui publico aut Exer-  
 citui etiam necessarias, Cujac. *ad d. t. C. & 1. Obs. 35.* Dn. Struv.  
*Dissert. de Annon. tb. 9.* Schard. in *Lex. Jur. V. Sitocomia & Siton:*  
 30 quâ ratione caritas sæpius avertiebatur. Et hoc quidem sapien-  
 tissimum institutum in constituendis Magistratibus & Officialibus  
*Victualium* adhuc alii hodiè observant, imprimis florentiss. Resp.  
 Veneta, in qua specialis Magistratus Providadoriorum, Duuravi-  
 rorum vulgò Farinariorum adhuc in usu est, qui unicè curam an-  
 nonæ habent, teste Sc. Amirat. *lib. 2. de Reg. & Regn. instit. p. m.  
 947.* Marquard. *de Mercat. lib. 2. c. 7. n. 34.* Speidel. in *Spec. Notab.  
 V. Zürkauf/f. 389.* ubi & de Turcis aliisque Gentibus idem testatur.  
*item in Gallis constitutos esse Commissaries des Vivres rec. evoirs  
 des grains du public refert Gothofr. in Not. ad l. ult. §. 7. & 9. lit.*  
 y. &

¶ & 2. Florentiæ quoq; tales Curatores creatos olim fuisse, quos  
Magistros abundantia appellabant, testatur Forstner ad Tacit. 12.  
Annal. 43. p. m. 171. In Imperio nostro Rom. Germanico cura An- 31  
nonæ ad Circulos pertinet, Joh. Limnæus ad 7. Publ. t. 4. in Ad-  
dit. ad lib. 17. 32. In Comitibus v. ad Marechallum Imperii, Arum.  
de Comit. c. 6. n. 80. vid. Sixt. Sommer. discurs. de Offic. Maresch.  
Imp. quem exhibet Dn. Carpz. ad L. Regiam c. 10. sect. 6 f. m. 25.  
fin. add. Reform. Polit. de anno. 1530. tit. von theuern zehren/ & de  
anno. 1548. tit. von etliche Artic. Ord. Polit. Francof. de anno. 1577.  
tit. 15. vers. die weil. Dn. Strauch. d. ff. Acad. 2. §. 11. n. 17. ibiq;  
alleg.

In Aulis quoq; Principum certi Officiales circa Victualia<sup>32</sup>  
constituuntur, qui procurandis & dispensandis illis curam agunt,  
uti olim in Aulis Regum Germ. Praefectus Venationibus Regali-  
bus, Falconarius, Mansionarius & Dispensator, Lehman. 2. Chron.  
Spir. 13. p. m. 77. Hodièq; qui culinae & cellæ Principum praesint<sup>33</sup>  
eamq; curam suscipiant, certi Officiales constituuntur, de quibus  
sufficientissimè agit Generosiss. Dn. de Seckendorff in Deutscher  
Fürsten Staat/ 3. 5. §. 3. seqq. p. 534 seqq. Cæterum in quam pluri- 43  
mis Provinciis ac ut plurimum in Civitatibus municipalibus  
nulli sunt constituti, qui Victualibus praesint, multò minus verò  
spontè eam curam Magistratus hi suscipiunt, quasi ad Officium eo-  
rum non pertinentem, undè non mirum Dardanariorum fraude  
sæpius brevem Caristiam oriri, quæ proculdubio si tales Magi-  
stratus constituti essent, aut ordinarii curam illorum simul age-  
rent, facillimò negotiò averteretur, add. Dn. Marquard. de Mer-  
cat. l. 4. c. 6. n. 43.

III. In procuranda copia & affluentia Victu- 35  
alium, illorumq; indigentia ac caritate omnibus modis  
avertenda. Boni enim Imperii signum est Annonæ copia, ex Italo-  
rum proverbio, qui dicunt: panem in Foro, Justitiam in Tribu-  
nali, & securitatem ubiq; , signa esse boni Imperii, Forstner. ad Ta-  
cit. 1. Annal. 2. 2. verb. pop. annon. p. m. 10. neq; ulla res est, quæ ple- 36  
bem magis in Officio retineat, ejusq; amoris & fidelitatis constan-  
tiam Principi suo magis conciliet, quàm Victualium copia ac vi-  
litas.

E

litas

litas, *Teste Tacito H. 4. 38. 2.* uti pluribus Exemplis probat Forst-  
ner. *ad 4. Annal. Tacit 72. 1. verb. pacem exuere. p. m. 305. & 396.*  
quod optime intellexit Augustus, *Tacit. 1. Annal. 2. 2. & Trajanus,*  
qui ob id totius populi amorem ac æternam laudem sibi concilia-  
vit, *vid. Plin. in Paneg. c. 29. seq. ibiq; Lips. Exempla Germanorum*  
Principum refert Speidel. *in Specul. V. Fürkauff/ fol. 388. seq.* Con-  
37 tra verò experientia docuit, nihil magis ad seditionem & res no-  
vas moliendas accendere, quàm Victualium egestatem & carita-  
tem, R. J. de anno 1576. § dadurch dann. Forstner. & Marquard. *d. l.*  
quod vel solius Reipubl. Rom. crebris exemplis docemur, *vid.*  
*Cicer. Orat. pro Dom. sua T. 2. Edit. Gothofr. p. 570. & l. 4. Epist.*  
*ad Attic. 1. Tacit. 6. 13. 1. & 12. 43. 2. item H. 4. 38. 2. Senec. de brev.*  
*Vit. c. 18. Sveton. in Claud. c. 18 ubi Casaub. in Edit. Schild. p. 502.*  
38 Dn. Strauch. *Dissert. Acad. 2. §. 11. n. 1.*

Cæterum varii sunt modi ac media, quibus sapiens  
Princeps hanc muneris sui partem exequitur, e. g. 1)  
Agriculturam omnibus modis promovendo *l. 1. C.*  
*de Agric. & Censit. lib. 11. & l. 1. C. ut rustic. ad nullam Obs. eod. &*  
*sim. Sc. Amirat. lib. 12. ad Tacit. Annal. 43. disc. 3. p. 358. 359. & l. 2. de*  
*Instit. Reg. p. 946. Forstner. ad d. l. Tacit. p. m. 166. fin. seqq.* cum enim  
his ex fructibus agrorum, hortorum & pecudum victus sit quæren-  
dus, non potest non Victualium esse copia, si plures sint in ditione  
diligentes Agricolaæ neglectæ Agriculturæ damna docet Tacit. 3.  
39 54. 6. ubi Forstner. *in Omiss. p. m. 52. Seqq.* 2.) Libertatis tempore  
horrea publica constituendo ac frugum copiam colligendo, ut  
tempore sterilitatis & Caristiæ plebi indè succurri queat, ad Exem-  
plum Josephi, cuius Cibarium Saturitatis describitur, *Genes. 41. 45*  
*& Reipubl. Rom. vid. t. t. C. de Cond. in pub. horr. lib. 10. Scip Ami-*  
*rat. ad Tacit. l. 12. disc. 3. p. 350. fin. Forstner. ibid. ad lib. 12. c. 43.*  
*p. 168. seq.* ubi & docet quomodo Josephus fruges condiderit &  
quâ ratione in multos annos incorruptæ servari queant, ubi & ali-  
os laudat. Et hanc ipsam partem Majoribus nostris imprimis curæ  
fuisse, testes sunt quamplurima illa horrea publica, die Gemeinen  
Korn und Schutthausen/ quæ passim saluberrimè constituta fuê-  
re, vel adhuc sunt, *vid. Speidel. in Specul. V. Fürkauff. fol. 389.*  
40 Enimverò hodiè illa ubiq; ferè vacua sunt, sic ut vix ipsum ædifici-  
um sactum tectum servetur. Ut verò Principi eò melius constet,  
quid

quid quantumve Annonæ colligendum sit, numerus Subditorum  
probè exquiri debet, Forstner. ad Tacitum *d. l. p. 171. med.* Sc. Ami-  
rat. *diēt. disc. 3. p. 352. seq.* Ex hisce igitur horreis Principes ac Ma- 41  
gistratus tempore Caristia subditis succurrere debent, ut frumen-  
tum vel tolerabili pretio ipsi vendat, vel summâ ejus paupertate  
existente, si non habeant undè emant, gratis ipsis subministrent,  
*vid. Exemplum Josephi, Gen. 41. vers. 48. 49.* Augusti, Sveton. *in*  
*Vit. ejus c. 41.* Sc. Amirat. *d. l. p. 359. fin. seqq. it.* Tiberii, de quo  
Tacit. 2. 87. 1. & Aureliani de quo Forstner. *ad Tacit. 4. Annal. 72.*  
*1. p. m. 396. 3.*) non tantùm frumentum ex quo panis ordinariè con- 42  
ficitur, sed & alias res famem sedantes comparando, ut deficiente  
annonâ in subsidium vocari queant, quales indicant latè Scip.  
Amirat. *ad Tacit. d. l. p. 356. fin. seq.* & Forstner. *d. l. p. 169. med:*  
*add. p. 173. fin.* ubi permissionem liberam aucupiorum,  
venationum & piscationem etiam huc refert, quo spectat eti-  
am prohibitio Cerevisiæ coqvenda, uti Carolum Flandriæ Comi-  
tem tempore famis fecisse omnesq; canes occidi jussisse, ne præ-  
riperetur homibus frumentum, *ex Annal. Flandr. refert Calvis. in*  
*Chronol. ad ann. post Chr. N. 1126. f. m. 657. 1. 4.*) Intempestivam 43  
frumenti sub quo & hoc casu farina continetur, Marquard. *de*  
*Mercatur. l. 2. c. 1. n. 37. seqq.* exportationem prohibendo, Coler.  
*de Aliment. l. 1. c. 17. n. 8. seqq.* Dn. Struv. *Dissert. de Annon. tb. 22.*  
*ibiq; relat: conf. cap. seq. n. 23.* quam in rem custodes varii & ex- 44  
ploratores constituendi, qui delinquentes observent ac deferant,  
Vectigalia etiam frumenti ad externos deportandi omnibus modis  
augenda sunt, ut ita exportatores deterreantur, Forstner. *ad Tacit.*  
*12. Annal. d. l. p. 170.* Horum modorum Enarratione tanquam ex- 45  
empli gratia nunc contentus, illud tantùm breviter attingendum  
puto, quomodo indigentia unius alteriusve speciei *Victualium*  
succurri ejusq; abundantia procurari queat, ubi *i. de frumento ac*  
consequenter pane sollicitos esse oportet. Cujus indigentia præ-  
ter modos jam expositos facilè avertitur & affluentia ejus procu-  
ratur, si agricolæ gabellis & oneribus tam ratione fundorum,  
quàm rerum ipsarum non supra modum graventur, usuraria præ-  
vitas, quâ frugibus fœneratores inhiant, cohibeatur, si venatio de-  
bito tempore instituat, ne ferarum numerus nimium crescat,

quæ frugibus nocere alias maximè solent, uti hæc omnia sapientis-  
 tissimè monet *Illustris Dn. de Seckendorff in Teutsch. Fürstl.  
 46 Staat/2. 8. 9. n. 3. p. 208. & 3. 3. Regal. 5. n. 1. fin. p. 403.* item ne agri  
 ad paucos divites perveniant, qui fruges asservare in caritate non  
 possint, sed ut Agricultura in pauperes dividatur, sic enim & agri  
 diligentius excoluntur, & fruges citius viliusq; venduntur, *Scip.  
 47 Amirat. l. 2. de Inst. Reg. & Regn. p. m. 946. 2. de Carnibus viden-  
 dum.* Horum copiam variis itidem modis promoveri posse, pru-  
 dentes Principes aut Magistratus non ignorant. Mihi sat erit  
 48 quosdam saltem attulisse; 1.) Pecuaria omnibus modis fovenda &  
 promovenda, ut pecudum cujusq; generis magna ubiq; sit affluen-  
 tia, quem in finem pascua imprimis curanda, amplianda, distin-  
 guenda & partienda, ne nimia multitudine gregis una alteraq; vi-  
 ce statim absumentur, si vetera non sufficiunt, nova quaerenda &  
 publico usui assignanda, *Generosiss. Dn. de Seckendorff/d. l. p. 208.  
 49 & 209. vers. bey der Vieh zucht.* Et quamvis Legibus Provincialibus  
 quandoq; prohibitum sit, ne illi pecudes alant, qui ipsi nulla præ-  
 dia aut agros possident, ne ita aliorum pascua absument, *vid. Res.  
 Grav. de anno. 1612. tit. von Justit. Sachen. § 31. D. Erled. de anno.  
 1661. tit. von Justit. Sachen. § 72. & 97.* cogitandum tñ. erit, an-  
 non publica pascua laniis aliisq; qui pecudes in usum Civitatis  
 alunt, aut tñ. nova ac peculiaria concedenda sint, quò ita carnis  
 50 copia & vilitas eò melius procurari queat, *conf. d. §. 31. 2.)* certa spe-  
 cies pecudum fovenda, earumq; mactatio ad tempus inhibenda,  
 quâ ratione numerus illarum augebitur, vilitasq; deinde sequetur.  
 Quod feliciter cecidit Imper. Alexandro Severo, qui iussit, ne quis  
 summatam, lactantem vaccam aut damalionem occiderit, uti *ex  
 notiss. loco Lampridii in Vita illius c. 22. patet.* Quemadmodum &  
 olim lege latâ carne bubula cum boves defecissent, abstinendum  
 fuit, *Atbenæ. l. 9.* item ne quis fumosæ carnis plus talentis 15. in  
 51 annum absumeret, *Cal. Rhodigin. 9. L. A. 17. 3.)* Gallinarum, porco-  
 rum aliorumq; pecudum mactatio non permittenda, antequam  
 adoleverint, & præfixam à Natura crescendi metam attigerint,  
 idemq; in piscibus minoribus observari potest, *Excellentiss. Dn. de  
 Seckendorff in T. J. S. 3. 3. Regal. 5. n. 6. p. 409. fin. & Regal. 7. 3.  
 fm. quod Mentijs Sinensis Philosophus Regem monuit, teste Mar-  
 tin,*



tin. l. 5. *Hist. Sinic.* cujus verba refert Dn. Pufendorf. *de J. N. & G.* 4. 3. 6. & in Anglia simile quid constitutum testatur Perkins. *in Cathol. Ref. rm. Controv.* 12. c. 1. 4.) Numerus certus lege publica constituendus ultra quem pecudes aliaq; armenta nemini alere liceat, ita enim novos foetus semper vendere cogentur, & numerus ille ad plures diffundetur, quæ facilius pecudes & viliores pretio vendent, quam si divites pauci monopolium quasi exercent, & hoc à Thoma Moro in Britannia constitutum fuisse refert & probat *Sc. Amirat. de Instit. Reg. lib. 2. p. 948. 5.* Cum sal sit commune omnium ferè ciborum condimentum, quod tam necessariū judicatur, ut sine eo vix vivere liceat, prospiciendum utiq; erit, ne eo Civitas egeat, *conf. Excellentiss. Dn. de Seckendorff. in Teutscher Fürsten Staat / 2. 8. 9. n. 3. p. 209. fin.*

#### IV. In promovendo Commercio Victualum. 54.

Cum enim Respubl. sine hisce negotiatoribus vix consistere possit, *vid. n. 2. Dn. Marquard. de Mercat. l. 1. c. 2. per tot.* indè quantum fieri potest commercium hoc juvandum & liberum relinquendum, *Boer. Dicit. 296. n. 6. Dn. Carpz. l. 1. Resp. 41. n. 4.* Quem in finem immunitatibus Mercatores tales exornandi & præmiis invidandi, *l. 5. §. 3. de J. immunit. l. 1. C. de Navic. lib. 11. Marquard. dict. Tr. l. 1. c. 4. n. 24. seqq.* Quod inter pauca laudanda probe in hoc passu egit Claudius Imper. qui teste Sveton. *in vit. ill. c. 18. fin.* Negotiatoribus Annonaæ certa lucra proposuit, suscepto in se damno si quid per tempestates accidisset, quod sanè & aliis Principibus præsertim tempore famis probe observandum inculcat Forstner. *ad Tacit. 12. Annal. 43. p. m. 171.* eoque modo fames sæpius depulsa fuit, *vid. Marquard. dict. Tr. l. 1. c. 2. n. 22. & c. 3. n. 5.* Parilem favorem præter Mercatores merentur etiam Opifices illi, qui Victum in Civitate procurant, puta lanii, pistores, Molitores, Piscatores, Caupones &c. quibus & Agricolas addimus, quos omnes ad excolendam hanc operam & functionem variis beneficiis invitandos, nec præter necessitatem aut ultra modum gravandos esse, communis svadet utilitas, *Generosiss. Dn. de Seckendorff / in Teutscher Fürsten Staat / 2. 8. 9. n. 3. p. 208. Forstner. ad Tacit. 12. Annal. 43. p. m. 168. add. Schönborn. 3. Polit. 46.* Horum enim ministerio (*Judice Symmacho 10. Epist. 34. in Adit. Juret. 27.*) Urbis onera sustinentur

stinentur; undè apud Rom. hi Opifices, quos corporatos vocant, variis immunitatibus gaudebant, eorumq; Collegiorum conservatio studiosè intendebatur, *vid. tit. 15. & seqq. C. lib. 11.* nec oportet ejusmodi Negotiatores tanquam viles personas negligi, &

57 ab omnibus dignitatibus excludi, *l. 6. ff. de Decurion.* Hâc occasione de Tributis & Vestigalibus, quæ *Viſtualibus* imponuntur aliquid subjungere non erit incongruum; ubi observandum, usitata esse tributa *Viſtualium*, *de Rep. Rom. vid. l. 17 de V. S. & ibi Goedd.*

58 *n. 8.* Hodiè maximè in Provinciis nostris Saxonis quantum novi 3. sequentes species frequentantur, 1. *Accisa*, quæ nunc tantùm de *Viſtualibus*, quæ ex aliis Territoriis & Dominiis advehuntur, exiguntur, *vid. Churfl. S. Accis Patent de anno 1657. 1667. & 1670. in*

59 *Append. Corp. Sax.* quod non est iniquum, Dn. Pufendorf. *de I. N. & G. 3. 3. 11. fin. 2. Teloneum Geleit* / quod alibi vocatur *Joll / Mauth / meggelt* / quia scil. ad reparandas & extruendas vias publicas penditur. Quod genus Tributi proindè regulariter de omnibus *Viſtualibus* etiam in his ipsis terris natis exigitur, *vid. N. Erled. de anno*

60 *no 1661. tit. Cammer und Renthsachen. §. 49.* à quibus tñ. immunes sunt nobiles & prædiorum nobilium possessores harum terrarum tam *Viſtualia* in prædiis suis nata vendentes, quam pro usu domus suæ alibi ementes, cum hoc tñ. moderamine, ut famulos suos ea vehentes Testimonio instruant, (quod & Senatus Spirensis de Clero illius Urbis constituit, *Lehmann. Chron. Spir. 5. 115. n. 643.*) deindè ut *Viſtualia* tantùm pro necessitate domus suæ emanent, non commercii gratia seu ut aliis ea revendant, *N. Erled. de anno 1661.*

61 *d. tit. §. 9.* Eadem immunitate ex Generali Germaniæ consuetudine & sub iisdem conditionibus gaudent Principes & Comites Imperii R. G. qui *Viſtualia*, puta frumentum, vinum alibi emendum & perditiones alterius advehendum sibi curant, *Goedd. ad l. 203. de V. S. n. 5. conf. l. 4. §. 1. de publ. & vectig. Dn. Strauch. Diss. Accad. 1. c. 7. aphor. 3. & 4.* Itemq; Principum & Statuum Imperii Legati in Comitibus degentes, *vid. Edict. Caf. D. Leopoldi gloriosissimè nunc imperantis de anno 1666.* quod exhibet Dn. Fritsch. *Elect. I. P. c. 5. p. 57.* deniq; & Camerae Spirensis Assessores, *Ord. Cam. p. 1. tit. 63. R. 7 de anno 1645. §. htingegen / 141.* quorum liberi eandem immunitatem sibi vindicare nituntur, contradicente Senatu Spirensi, *vid.*

vid. Dn. Fritsch. d. l. p. 60. seqq. Imò de Jure communi omnes illi à 62  
*Victualibus* immunes sunt, de his rebus præstandis, quas pro usu  
proprio non negotiationis gratia quis emit, l. 203 d. . V. S. l. 5. C. de  
*Veet. & Commiss.* ubi Dn. Brunnem. *ibid.* relat. Dn. Mev. p. 7. Decis  
120. seq. 3. *Steuæ*, quæ non tantùm de Carnibus pecudum, qui in 63  
macello à Lanis venduntur, sed & ab aliis, qui in usum domus  
suae ejusmodi pecudes mactant, juxta pondus exiguntur, N. Erled.  
de anno 1661. tit. Cammer und Kentsachen. §. 50. conf. Mand. Elect.  
Sax. de anno 1657. & 1671. in Append. Corp. Sax. quibus tamen No-  
biles item Ecclesiæ & scholarum Magistri in usum familiae ma-  
ctantes immunes sunt, ex peculiari privilegio, verum etiam de  
Cerevisia præstantur, non tantùm quæ in his terris coqvuntur, à 64  
quibus tn. prædictæ personæ etiam immunes sunt, N. Erled. de  
anno 1661. tit. Justit. sachen / §. 119. 120. & 121. verum & de illa, quæ  
ex aliis ditionibus invehitur, exceptis illis, qui talem cerevisiam  
usus aut commercii causa importare Privilegio speciali gaudent,  
N. Erled. d. l. §. 123. Illud v. de Tributis *Victualium* in genere no- 65  
tandum est; magna prudentia & Cautione in imponendis illis o-  
pus esse, eaq; imprimis. i. moderata esse debere, ne libertas Com-  
merciorum aliàs impediatur, vid. Symmach. 10 Epist. 34. ap. Juret.  
27. maximè si subditi ratione fundorum & negotiationis coedero-  
quin fuerint gravati, quò casu hæc tributa absq; ruina Commerci-  
orum & subditorum diu exigi non poterunt, Generosiss. Dn. de  
Secfendorff / in Addit. ad Teutscher Fürsten Staat. §. 49 p. m. 205.  
quin & tempore Caristiæ aut necessitatis aliàs exigente planè ab 66  
hiscè Tributis abstinendum, ne alias ad seditiones & tumultus  
plebs concitetur, Hippol. à Collib. de Increm. Urb. c. 20. conf. For-  
stner. ad Tacit. 4. Annal. 72. p. m. 308. Marquard. de Mercat. l. 2. c. 3.  
Rectè v. utiliter Tributa imponuntur *Victualibus* illis, quæ ex pe- 67  
regrinis ditionibus & quidem maximè ad luxum invehuntur, Dn.  
de Secfendorff / d. l. in Addit. §. 42. n. 6. p. 173. C. I. Argentorat. tit.  
de Public. & Veelig. tb. 4. circ. fin. Bernegg. ad Tacit. Germ. qv. 81. Dn.  
Carpz. de L. Reg. c. 8. l. 3. n. 2. seqq. e. g. vina exotica saporis delica-  
tioris & similia post Marquard. d. Tr. l. 4. c. 5. n. 33. & Besold. à se  
allegat. Magnif. Dn. Stryk. Dissert. de I. Sens. c. 5. n. 7. item *Victuali-*  
*bis* nostrarum terrarum in casu supra n. 44. notato.

V. In

quod omninò Imperantium Officio etiam tempore cessantis inopia incumbit, ne si id cuiusq; arbitrio relinquatur, Monopolia nociva oriuntur, ac tales negotiatores mercibus hisce *Victualibus* æstimationem pro lubitu cum detrimento Civitatis imponant, *l. un. §. 11. ff. de Off. P. U. l. 1. C. de Episc. aud. ubi Dd. c. 1. X. de Empt. vend. §. 2. F. 4. ibi Dd. conf. Nov. 122. Illustris Dn. de Seckendorff / In Teutscher Fürsten Staat / 2. 8. 9. n. 4. p. 210. Dn. Marquard. de Mercat. l. 4. c. 7. n. 35. seqq. Myns. 5. Obs. 27. n. 4. Dn. Struv. de Annon. lb. 20. Andr. Dinner. sing. Tr. de pret. rer. defin. quæst. 34. exemplo esse potest die Churfl. S. Zar Ord. de anno 1623. in septem classes divisa, quæ extat in Corp. Jur. Sax. Elect. f. 641. seq. & hoc præsertim tempore Caristiæ, Dn. Brunnem. ad. l. 1. C. de Frum. Urb. Const. lib. 11. n. 7. ibiq; alleg. quod laudabiliter præstitisse Tiberium & Neronem Tacit. 2. 87. 1. §. 15, 39. 2. refert. Pretium autem justum & æquabile statui debet, non nimis magnum, nec etiam nimis vile, ne Negotiatores merces vilius quàm par est vendere cum detrimento Commerciorum cognatur, *l. ult. pr. ad L. Jul. de Annon. §. 1. 8. ad Mnicip.* Quoniam v. tempora & loca pretium rerum vel minuunt vel augent, indè & universale quid circa hunc passum statui non potest, *arg. l. 3. quod cert. loc. l. 63. §. 2. ad Falcid. Limn. ad A. B. c. 1. §. 3. Obs. 4.* sed temporis & loci rationem semper habendam esse facile patet, *vid. Churfl. S. D. Erled. de anno 1612. tit. Justit. sachen / §. 16. Dn. Fritsch. de Nundin. c. 9. n. 39* Et talia statuta non tantùm subditos, sed & forenses omnesq; peregrinos, qui *Victualia* Venalia exponunt, cuiusq; dignitatis sint, ligant, sic ut pretium illud excedere impunè nequeant, *Fritsch. de Monop. c. 11. add. Grot. de I. B. & P. 2. 11. §. 2. Dn. Carpz. l. 5. Resp. 1. n. 26. seqq. n. 16.* Eademq; cura circa Caupones & Hospitatores publicos habenda, ut nempe & his certum prandiorum portio definiatur, quod ipsis excedere non liceat, ne hospites nimis graventur, *Ord. Pol. Imp. August. de anno. 1530. rubr. von theuer zehren bey den Wirthen / Ord. Prov. Elect. Saxon. de anno 1555. tit. von zehrung in Gasthöffen / §. de anno 1661. tit. 17. Dn. de Seckendorff. d. l. n. 8. p. 212. Lima. ad A. B. d. l. Obs. 6. §. 10.* Illud tantum quæritur*

ritus

ritus, quinam Magistratus *Victualibus* pretium statuere possit ac  
 debeat? Et quin principaliter facultas de hoc statuendi ad summos  
 Imperantes pertineat dubium non est, undè & in Republ. Rom.  
 Præf. Urbi & Annonæ Jus hoc statuendi concessum, *vid. n. preced.*  
*16 & 20.* Postea autem hæc potestas & Episcopis mandata, *l. 1. C.*  
*de Epis. aud. & c. 1. X. de Emt. Vend. Casiod. 6. Var. 9. & l. 11. c. 12.*  
 sub Imperio Imperatorum German. Comitibus *2. F. 27. §. 4.* Ma- 75  
 gistratibus Municipalibus Jus pretii definiendi *Victualium* initio  
 quidem in Republ. Rom. concessa non fuit, *l. 8. ff. ad Municip. &*  
*l. ult. §. 1. ad L. Iul. de Annon. ubi Dn. Brunnem.* Postea tñ. & ex  
 ordine illorum Episcopi seu Inspectores constituti, qui hæc pote-  
 state præditi fuere, *l. ult. §. 7. fin. de mun. & hon. vid. Dn. Struv.*  
*de Annon. tb. 21. ibiq; alleg. Hahn. ad Wesemb. wagar. d. t. n. 4.*  
*Perez. in C. ad tit. ut nem. lic. in cæmt. n. 9.* qui variè has leges con-  
 ciliant *conf. Dn. Stryk. Diss. de Dardanar. c. 3. n. 25. seqq.* Hodie 76  
 hæc potestas Magistratibus Municipalibus indistinctè competit,  
 Dinner. *de Just. præf. defin. qu. 3. & Zahn. de I. Municip. alleg. à Dn.*  
*Struv. d. l. Churfl. Sächß. Res. der Landesgebr. de anno 1612. tit.*  
*Justit. sachen. §. 16.* etiamsi nulla Jurisdictio aliàs ipsis concessa  
*conf. Mev. p. 1. Decis 55. n. 2. & si lis inter contrahentes oritur, de*  
 vero pretio adhuc constituendo Judicis ordinarii ea cognitio est,  
 Rol. à Vall. *Conf. 71. n. 14. seqq. V. 3.*

#### VI. *In inspectione Victualium*, de aut corruppan. 77

tur, aut corrupta, aut deniq; pondere non satis Justo *vid. Ord. Pol.*  
*nov. Elect. Sax. tit. 23. c. 8.* vendantur; Ejusmodi enim *Victualia*  
 valetudinem corrumpunt corporum, graviorq; est hominibus ta-  
 lis alimonia, quàm pœna Jejunii, *Symmach. 6. Epist. 14. ideòq; cum*  
*Reipubl. interfit*, plures eosq; valentes habere subditos, inspectio  
 diligens *Victualium* necessaria est, omninò *Generos. & Excellentiss.*  
 Dn. de *Seckendorff* in teutscher Fürsten Staat/ 2. 8. 7. Undè in 78  
 Republ. Rom. Præsidi Provinciarum cura hæc in Provincia severè  
 injuncta, pœna etiam in negligentem addita, *l. 2. C. de cond. in horr.*  
*publ. lib. 10. ubi Cujac. & Dn. Brunnem. add. l. 7. §. 1. ff. de Off. Proc. &*  
 omninò *l. 1. C. de Can. Frum. Urb. Rom. ubi Cujac. & Dn. Brunnem.*  
 apud Athenienses quoq; certos Agoranomos seu Curatores Nun-  
 dina-

dinarum constitutos fuisse, qui inter alias muneris sui partes imposturas negotiatorum cohiberent ex P. Greg. de Republ. l.2. c.8. aliisque observat & imitandum monet Dn. Fritsch. de Nundin. c.9. n. 79-27. 28. Et talis inspectio Statutis quorundam locorum salubriter etiam expressè præcipitur, vid. Jus. Lubec. l.4. r.15. n.4. ubi de (frumento ac) pane. De Cellar. Vini Visitatoribus vid. Manz. Cent. Decis. Qv. 25. Dn. Brunnem. ad l.27. §. 15. ff. ad L. Aquil. n.28. seqq. Cæterum quomodo hæc cura in Civitatibus præsertim Municipalibus summo cum damno civium negligatur, experientia ipsa testis est.

80 VII. In prohibendo ac puniendo abusu Vi-

ctualium. Quo spectant prohibitiones Commestationum & plus quàm bestialium comotationum, de quibus cap. preced. l. n. 81 104. seq. Item abusus Tabaci & vini adusti, imprimis verò nimius conviviorum apparatus, Illustriss. Dn. de Seckendorff in Teutscher Fürsten Staat/ 2. 8. 7. pag. 204. & §.9. n.8. p.212. qui luxus sæpè eò ascendit, ut Principes eò cohibendò impares sint, vid. elegantiss. Epist. Tiberii apud Tacit. 3. 53. 2. & 55. 1. huc pertinet abusus vini & frumenti in specie, de quo constitutum in der Thurst. S. Res. Grav. de anno 1612. tit. Justit. Sachen/ §.33. add. Dn. de Secken- 82 dorff/d.l. §.9. n.2. p. 208. fin. item spurcatio & contaminatio aquarum publicarum, de qua in Jure Rom. varia saluberrimè constituta, vid. l.1. §.1. de Extr. Crim. & l.11. pr. quod vi aut clam. l.12. C. de Remilit. lib.12. add. l.3. de aqu. & aqu. pluv. arc. Dn. Stryck. de 7. Sens. Diff. 6. c.4. n.20. add. Ord. Provinc. Elect. Saxon. Aug. de an. 1555. tit. von Flachs und Hanff röstent.

83 Restat alterum hujus Capitis Membrum, ubi Victualia consideranda sunt circa tempus belli. Nam parimodo ad conservationem Reipubl. belli æque ac pacis tempore Victualium copia 84 necessaria est; omnis enim Exercitus omneq; fortalitium facillimè expugnatur, si comœtu deficiatur, quod vel infinita docent Historiarum Exempla; sine ferro vincitur, qui frumentum & necessaria non præparat, Veget. 3.26. Præterea miles esuriens non tutus, sed facilè rebellis, uti ex Cassiod. 4. Var. 13. & Lamprid. in Vita Alex. docet Schönborn. 6. Polit. 7. Quapropter ante omnia de Com-  
meatu

meatu comparando tam pro fortalitiis, quam pro Exercitu solici-  
 tus esse debet Dux militaris, *Veget. 3. Rer. Mil. 3. Scip. Amirat. lib. 13.*  
*Disc. 5. ad Tacit. p. m. 395. seqq.* & in conscribendo Exercitu à Ventre  
 esse incipiendum, i. e. de Commeatu prius providendum Francia  
 Archithalassi Colignii dictum refert Zevcot. *Obs. Pol. ad Sveton.*  
*Jul. c. 34. p. 91. fin.* Undè (1) Mansiones vulgò Magazin/summa cum  
 diligentia instruendæ, ne Exercitui unquam *Victualia* desint, *conf.* 85  
*Excellentissimus Dn. de Seckendorff/in Teutscher Fürsten Staat. 2.*  
*10. 9. n. 8.* ad exemplum Romanorum, qui hac in parte summam  
 prudentiam adhibuere, *vid. t. t. C. de Annon. & trib. lib. 10. præler-*  
*tim l. 4. & 7.* Et hæc militaris Annona ap. Rom. non in frumento 86  
 tantum, sed ex aliis etiam speciebus, puta vino, oleo, pane, carne,  
 sale, aceto, fœno, consistebat, *l. 1. C. de ergo. mil. ann. lib. 12. Cujac. ad*  
*Rubr. C. de Annon. & trib. Dn. Strauch. dissert. Acad. 1. c. 6. §. 4.* Neque  
 verò mansiones instruere sufficit, sed & illud (2) curandum, quò 87  
 semper aditus ad illas pateat securus, neque unquam Commeatus  
 intercludi possit, undè nihil hostile à tergò relinqvendum castraq;  
 illa & oppida occupanda, ex quibus commeatus impediatur, *Scip.*  
*Amirat. dict. Disc. 5. p. 397. l. 18. disc. 6. Zevcot ad Sveton. Jul. d. l. p.*  
*91. & ab his citati.* Quapropter certi sapientes Magistratus & Of- 88  
 ficiales constituendi, qui curam Commeatus in sese suscipiant, quâ  
 in parte Romani iterum Exemplo esse possunt, apud quos cura mi-  
 litaris annonæ pertinuit (1.) ad Præfectum Prætorio, summum 89  
 inter omnes Magistratum, *Dn. Strauch. Dissert. Acad. 2. §. 11. num. 1.*  
 quod & plurium legum inscriptiones *in tit. C. de Ann. & trib. it. de*  
*Erog. mil. ann. ad P. P. emissarum* docent. (2.) Præses Provinciæ, 90  
*vid. l. 2. C. de cond. in horr. pub. lib. 10. ubi Cujac. & Dn. Brunnem.*  
 (3.) Susceptor & erogator Annonæ militaris *t. t. C. de Suscept. &* 91  
*præpos. lib. 10. l. 11. & 16. C. de erogat. mil. ann. ubi Cujac. f. 845. &*  
*Dn. Brunnem. n. 15. 16. conf. l. ult. §. 8. ff. de mun. & hon. quibus* locis  
 munus illorum satis clarè describitur. (4.) Opinator, qui Anno- 92  
 nam militarem exigebat, non ipse, sed per Judicem cujusq; loci,  
 quibus imminere ideò debebat, *l. 18. C. de exact. trib. lib. 10. ubi Cu-*  
*jac. f. 255. l. 11. C. de erogat. mil. ann. & l. 1. C. de exact. mil. ann. lib. 12.*  
*ubi Cujac. f. 488. C.* Hodiè tempore belli inter alios Officiales Su- 93  
 premus quidam Annonæ Præfectus constituitur, eim Proviant.

Meister / qui rei frumentariae praesit, Schönborn. 6. Polit. 15. Sed  
num cura haec ex debito tantaq; cum diligentia ac felicitate uti  
ap. Romanos suscipiatur, nunc non disquiro. Sanè res ipsa & suc-  
94 cessus belli satis loquitur. Imprimis verò hospitationes illæ se-  
mestres, quas hybernas vocant, die Winter Quartire / ubi cives ci-  
bo, potu, lecto, nocturno lumine, pro Jumentis foeno, stramine &  
Avena, pretio nullo aut exiguo accepto, quin & stipendii ad 6.  
Menses solutione instruere militem coguntur. Quales Inhospita-  
tiones tanquam Reipubl. incredibiliter nocivas damnat πολ. πικε-  
σαλος Forstner. ad Tacit. 4. Annal. 72. fin. p. m. 404 & p. 406. Sanè  
95 incommoda hospitationum harum Patria nostra hoc bello satis  
experta fuit, quæ silere potius praestat. Interim summam illam fe-  
licitatem Electoralibus hisce Terris Saxonice Patriæ nostræ cha-  
rissimæ gratulor, quæ Dei benignitate & Serenissimi Electoris  
nostri Principis optimi Sapiencia ac Providentia ab hoc hospita-  
tionum onere hucusq; immunis fuit. Servet Deus tantum Princi-  
pem quam diutissimè, quò sub Regimine illius felicissimo in pa-  
cato & tranquillo Statu Ditiones hæ ad invidiam usq; aliorum  
96 floreat. Turpis quoq; Nundinatio Annonæ Ducibus Militiæ  
non permittenda, qui eam ex præda vel vili pretio comparatam  
Militibus suis magni vendere solent, Forstner. ad Tacit. 2. Annal.  
26. 1. p. m. 181.

Sed ad rem redeundum. Igitur Mansiones non tantum id-  
97 struendæ sed 3. etiam Commeatus frugaliter & debita cum pru-  
dentia dispensandus & administrandus, ne profusa erogatione fa-  
mes acceleretur, Veget. 4. de re mil. 4. vid. t. 1. C. de erogat. mil.  
ann. lib. 12. ibiq; Cujac. & Dn. Brunnem. ubi plura egregia huc  
facientia docentur, add. Sc. Amirat. lib. 13. Dist. Pol. ad Tacit: 5.  
p. m. 315. ac quod duos menses suffecturum fuerat, uno Mense absu-  
matur, aut captus ab hostibus Commeatus negligenter administre-  
tur, corrumpatur, ac prodigendus libidini militum permittatur,  
98 vid. Tacit. Hist: 4. 22. 2. Annal. 15. 8. 2. & 3. Sc. Amirat. d. 1. Hæc  
occasione quaeritur, si fortalitia & Civitates Commeatu defician-  
tur, an tempore belli Subditi aut alii vicini accolæ justè cogi pos-  
sint ad *Viſtualia* in Civitatem illam seu castrum venalia afferre?  
Quod affirm. arg. l. 2. §. 2. fin. ad L. Rhod. de Jact. Bartol. per ill.

6926.



text. & Dd. in c. 2. X. de treug. & pac. Nicol. Eöer. Decis. 296. n.  
6. post. med. & ibi alleg. Luc. de Penna, ubi testatur in Francia ita  
servari Salust. in Jugurt. Enimverò certæ cautiones hic observan- 99  
dæ 1. ne extra casum necessitatis, quæ quodammodo hic excusat  
Grot. de J. B. & P. 2. 2. 6. n. 3. talis coactio fiat, Boër. d. l. nec ipsis  
Dominis par sublit necessitas, vid. omnino Grot. de J. B. & P. 3. 17. 1.  
& 2. 2. ut justum pretium à Commissariis seu Judicibus æstimatum 100  
pro hisce *Viſtualibus* solvatur, illis, qui ea deferre coguntur, Boër.  
d. l. add. Grot. d. l. §. 9. ibiq; Magnif. Dn. Præs: in Not: (3.) Quili- 101  
bet Magistratus & Præfectus studeat, ut apportantes *Viſtualia* de-  
bitâ securitate eundo & redeundo gaudeant, ne in via ex his *Viſtu-*  
*alibus* redacta pecunia iterum ipsis summissis Robbatoribus ex-  
torqueatur, c. 2. X. de Treug. & pac. Boër. d. l. n. 6. fin.

Hæc de Consideratione *Viſtualium* in ordine quoad bellige-  
rantes ipsos. Videndum nunc de *Viſtualibus* in ordine quoad ho-  
stes. Ubi 1. quær. an Commentus hostibus licitè intercludatur, ac 102  
*Viſtualia* ipsi denegentur? Quod affirm. quamvis enim cap. præced.  
n. 116. assertum, ab usu *Viſtualium* neminem regulariter arcen-  
dum, secus tñ. in hoste, qui cum ipse officiorum pacis exhibitio-  
nem abruperit, eo ipso præstatione illorum me absolvit, ac licen-  
tiam mihi concedit vim contra ipsum in infinitum exerendi, Dn.  
Pufendorf. de I. N. & G. 8. 6. 7. Quare quoniam occidere ipsum licet, 103  
licebit multò magis & Commentum ipsi denegare & præripere. Cum  
omnia in bello liceant, quæ ad finem ejus consequendum & ad in-  
firmandas hostis vires nostrasq; firmandas faciunt, Grot. de I. B. &  
P. 3. 1. 2. Celeberrim. Dn. Præs. in Not. ad Grot. d. l. 3. 1. 5. v. sed &  
quæstio &c. Et longè majorem laudem merentur illi Duces, qui ho-  
stem fame, quàm qui armis vicerunt, quod hæc ratione minus  
sanguinis effundatur, Magnif. Dn. Præs. in Not. ad Grot. de I. B.  
& P. 3. 11. 13. Scip. Amirat. ad Tacit. lib. 13. Disc. 5. p. 393. & 397.  
fin. seq. hostis verò ipse si fame perit, sibi imputet, quod contuma- 104  
cia sibi vitam ipse ita abruperit, quam dedendo conservare pote-  
rat. Laudat proinde Tacitus Vespasianum, qui interceptis Anno-  
næ claustris fame Vitellii Exercitum ad deditionem subegerat,  
Hist. 3. 8. 5. & 348. 5. Zevcot. Obs. Polit. ad Sveton. Jul. cap. 34. p.  
91. & 6. 35. v. Regn. Egypt. p. 102. ubi docet, tunc maximè interclu-  
dendum

- dendum *Commeatum*, cum Hostis sibi non sufficit, sed externi  
 105 eget auxilii, undè subditis sub pœna capitis inhibendum, ne un-  
 quam *Victualia* hosti vendant, licet eorum summa sit affluentia,  
 ita ut Princeps ipse iis non indigeat, subditiq; magnam lucrum ex  
 venditione illorum possint consequi, l. 1. *C. quæ res export. non*  
*deb. ubi* Dn. Brunnem. n. 2. Zevcot. *ad d. c. 35. v. cum* Ptolomaο,  
 106 p. 100. *fin.* Ulterius 2. quer? An *Victualia* licitè vastentur ac perdantur,  
 tantum ideò, ne hosti cedant? Quæ quæstio ex iisdem funda-  
 mentis cum priore affirmanda est, Hug. Grot. *de I. B. & P. 3. 2. 2.*  
*n. 3. & 3. 5. 1. it. 3. 12. §. 1. 2. 3. 4. ibiq;* Magnif. Dn. Præs. *ad 3. 12. 2.*  
*v. Esculenta & in Not. ad* Lancellot. 4. 5. 4. p. 962. ubi & ad con-  
 traria *in seqq.* respondet, Dn. Pufendorf. *de I. N. & G. 3. 3. 3. pr.*  
 107 nam nihil omittendum quod ad obtinendam Victoriam facit, huc  
 verò inserviunt, quæ hostium vires debilitant, nostras confirmant,  
 indè injustum non est pro fine nostro consequendo ut vitam, sic  
 & bona omnia, quæ ad conservationem hostis spectant, destruere,  
 Dn. Felden. *ad* Grot. 3. 12. p. m. 156. undè & vastatio agrorum & se-  
 getum immatura defalcatio licita. Zevcot. *ad* Sveton. *Jul. c. 35.*  
*d. 1. p. 102.* Cœterum certas tn. & hic cautiones adhibendas esse,  
 108 monet Grot. *d. c. 12. 3.* Queritur, quid habendum de illo more  
 obsessorum & obsidentium, qui *Victualia* in stationes hostium in-  
 jiciant. Projectio hæc inter Stratagemata bellica refertur, ubi do-  
 lus in hostem licet, quò obsesi præ se ferunt, se ne utiquam fame  
 premi, sed his abundare, quæ maximè desunt, *vid.* Frontin. 3.  
 109 *Stratagem. 15.* Tali stratagemate feliciter usos fuisse Romanos à Gal-  
 lis in Capitolio obsessos, testes sunt Lactant. *lib. 1. Instit. Divin. de*  
*Fals. Relig. c. 20. p. m. 79. Liv. 5. cap. 48. Valer. Maxim. 7. 4. 3. inter*  
*Exempla Rom. Ovid. 6. Fast. vid.* Grot. *de I. B. & P. 3. 1. 8. n. 3. fin.*  
 Idemq; in nupera Obsidione Stetinensi factum fuisse ex Novellis  
 recordor.  
 110 Considerari porrò possunt *Victualia* quoad causas belli justi-  
 ficas, ubi tractari potest 1. an & quatenus illi rectè bellum infera-  
 tur, qui hostem *Commeatu* juvat? quod *Commeatus* talis licitè  
 intercipi possit, dubium non est, *vid.* Grot. *de I. B. & P. 3. 1. 5. n.*  
*3. conf. tn.* Marquard. *de Mercat. l. 1. v. 16. n. 43. seqq.* an v. & bello  
 rectè petatur, qui hosti eum subministrat, non satis expedit, Grot.  
 d. l.

d. l. Enimverò affirmanda est quæstio cum Magnif. Dn. Præsid. in Not. *ibid.* v. in tertio illo genere & c. Talis n. participat de ipsa Actione hostili, qui ea subministrat, sine quibus bellum trahi nequit, aut per quæ hostis fit audacior, ac proindè hostium numero & imple habendus, neq; Neutralitatis nomine se excusare poterit Dn. Strauch. *Diss. Acad.* 1. c. 8. *lib.* 3. *circum.* ubi tn. distingv. monet, nū subministratio illa publicò an privatò nomine à Mercatoribus fiat, ut hoc casu excusatio admittatur, non v. priori *add. omnio* Marquard. à n. 28. *seqq. it. n.* 47. Aliud v. est, si tertius utriq; parti belligerantium se æquum præbeat, easq; ex æquo ad emendum comitatum admittat, Grot. *de I. B. & P.* 3. 17. 3. 1. sed non semper tn. id observare licet, & eximia prudentiæ opus esse, ad iaphorian inter belligerantes conservare, monet Magnif. Dn. Præf. in Not. d. l. quare optimum factum cum utraq; parte fœdus facere & Neutralitatem impetrare, quo utriq; humanitatis officia exhibere impunè possis, Grot. *d. l. n.* 3.

Quæst. 2. an justum bellum in illas gentes moveri queat ob hanc solam causam, quia carnem humanam epulantur? Quales barbaros *cap. præced. n.* 65. retulimus; affirmat Hugo Grot. *de I. B. & P.* 2. 20. 40. n. 3. Etsi verò Viri illius Autoritas meritò summa sit, attamen nec hypothesis illa, quæ hoc Dogma nititur, d. l. & §. 46. *scil.* belli causam sufficientem esse, si populus extraneus ad me nullo Jure pertinens peccata committit contra Jus Naturæ aut G. concedi potest, *vid. Magnif. Dn. Præf. in Not. ad §.* 40. p. 468. & 470. & *Disputat. de Jure Belli anno 1666. habit. §.* 46. neq; bellum punitivum quod Grotius passim dicit, hæcenus admittitur, quippe quod bellum non nisi inter pares i. e. summos imperantes ex utraq; parte geratur, nec inter Principem & subditos bellum propriè sic dictum consistit Jus verò puniendi non nisi adversus subditos immorigeros competit, *vid. Celeberrim. Dn. Præses in Not. ad Grot. de I. B. & P. p. m.* 87. 109. 119. & 121. & *d. Diss. §.* 23. 24. Præ- terea causa belli ad neutrum caput justarum referri potest, quorum 2. fontes statuuntur, aut enim debitum ex Jure perfectè quæ- sito nobis asserimus, quod ab altero nobis abnegatur, ac injustè erepta recuperamus cautionemq; in posteram quarimus, quod dicitur bellum offensivum, aut nostra defendimus & retinere la- boramus

botanius, quod est defensivum, Dn. Pufendorf. *d. l. N. & G. g. b. 3.* unde merito causa illa ceu spuria rejicitur.

115 De Potu militum multa addere non est opus, quamvis n. illi vinum aut cerevisiam bibere non prohibeantur, *conf. l. 10. C. de erog. mil. Ann. lib. 12.* Attamen sufficit si in obsidione aut Castris aqua ipsis non desit, Schönborn *6. Polit. 21. n. 2.* inde & in *l. 10. C. de re milit. ibiq;* Dn. Brunnem. flumen commune poculum vocatur, & reliquus potus parum curatur.

### CAP. III.

## De Consideratione Juris Victualium circa Emptionem Venditionem.

#### SUMMARIA.

**C**onnexio & commerciorum necessitas. 1. Magistratus circa emt. vend. Victualium Statuta condere potest. 2. ad emptionem Victualium quilibet admittendus. 3. Lege in publica aut conventionem tam singulares persona quam integra Nationes ab Emptione Victualium excludi possunt, tam in totum, quam in tantum. 4. & 6. quilibet etiam voluntate sua alterum excludit, tam in statu naturali, quam civili. 5. an ad emenda Victualia subditi cogi possint. 7. an ad emendas res nostras subditos aut exteros cogere liceat. 8. an subditi recte prohibeantur ne a certis personis aut in certis locis Victualia emant. 9. an prerogativa in emptione Victualium certis personis recte concedatur. 10. 11. an Nobilibus in Victualibus subditorum suorum jus protimiseos competat. 12. an Praefectis & Capitaneis Principum quoad Subditos Praefectura. 13. qui Victualia venalia regulariter exponit ad vendenda ea cogi potest. 14. an rustici ad Victualia in civitates venalia deferenda, cogi possint. 15. Electoribus ad Electionem proficiscentibus Victualia vendi debent. 16. Tempore Caristiae an & quomodo subditi ad vendenda Victualia cogi queant. 17. an & alii praeter negotiatores ac subditos. 18. 19. 20. an quis cogi possit, ut certa persona vendat. 21. an quis simpliciter prohiberi possit ne res suas vendat. 22. an Statuta valeant ne Subditi Victualia certis personis vendant. 23. 24. an peregrini prohiberi possint,

possit. 26. 27. 28. an mercibus transeuntibus Velligal rectè imponatur.  
 29. an exportationis prohibitio etiam transportationem contineat.  
 30. an Victualia etiam ex locis exteris venalia apportare liceat. 31. 32.  
 an furnacarius pagani panes in civitatem venales apportare liceat.  
 33. 34. quid de carnibus. 35. an Victualia pupillorum & minorum si-  
 ne decreto alienari queant. 36. quanam Victualia Jur. Rom. vendi  
 prohibita fuerint. 37. quanam hodiè apud nos. 38. an frumentum  
 corruptum cum incorrupto in venditione miscere liceat 39. an modus  
 circa venditionem Victualium à Magistratu statui possit. 40. an Vi-  
 ctualium Venditio ad certum tempus à Magistratu restringi valeat.  
 41. an Statutum valeat, ne peregrinis ante lapsum certa hora Victu-  
 alia vendantur. 42. an Subditis facultas vendendi certam speciem  
 Victualium ad tempus adimi possit. 43. an valeat Statutum ne ultra  
 certam horam Victualia vendantur, aut certo tempore. 44. 45. an  
 Statutum aut conventio valeat ne Victualia alii venalia exponant,  
 antequàm nostra vendita siut. 46. 47. Consulium in Civitatibus præ-  
 rogativa in braxanda cerevisia taxatur. 48. an Victualia in quocunq;  
 loco vendere, aut ad certum locum venditionem restringere liceat. 49  
 50. an rusticis Victualia apportantibus obviare, ac in itinere ea emere  
 premissum. 51. an privilegium aut Statutum valeat, ut certa Victua-  
 lium species nullibi, quàm in eà civitate venalis exponatur. 52. an Sta-  
 tutum valeat, ne pretium Victualium à Magistratu definitum minu-  
 atur. 53. an vendentes Victualia ad solutionis dilationem conceden-  
 dam cogantur, numq; moratorium indultum ipsis obstet. 54. quæ mo-  
 nopolia sint licita. 55. an monopolia duarum gentium circa Victua-  
 lia valeant. 56. Principes an monopolia Victualium exercere possint  
 & quorum, ubi de Sale. 57. 58. 59. Civitatum monopolia circa Victu-  
 alia & an utilia Reipubl. 60. 61. illarum monopolium cerevisia. 62. 63.  
 Monopolium vini 64. Monopolium salis. 65. Limitatio circa hæc mo-  
 nopolia & quos obliget. 66. 67. Privatorum monopolium circa Victu-  
 alium venditionem. 68. Queritur de Annonariis von hœcken. 69.

**P**lerumq; evenit, ut quod alteri supersit, alteri desit, teste Paulo  
 in l. 1. pr. ff. de Contr. emt. proinde uti commerciorum usum  
 in genere sublevandæ indigentia ipsa conditio humana satis sta-  
 bilivit, ita in specie etiam Commercia circa Victualia in vita hu-  
 mana omninò necessaria esse manifestissimum est. Quare ordi-

G

neita

ne ita jubente quid Magistratus circa Personas ementes ac vendentes, circa res *Victuales*, tam quoad qualitatem circa modum, circa tempus, circa locum ac circa pretium constituere possit, præfenti capite exponendum est.

- 3 I. Quod Personas ementes attinet, illud 1) præmitto, regulariter ad emtionem *Victualium* quemlibet admitti debere, quia homini cuiq; Jus ad ea comparanda competit, sine quibus vita commodè duci nequit, H. Grot. *de J. B. & P.* 2. 2. 18. & 19. Dn. Pufendorf. *de J. N. & G.* 3. 3. 11. pr. undè & facinorosus ad Asylum profugus ad emtionem illorum admittendus, l. 6. pr. C. *de his qui*
- 4 *ad Eccles.* Dn. Myler. ab Ehrenbach. *de Asyl.* c. 12. §. 6. Quin tñ. lege publicâ aut conventione expressâ ab emtione *Victualium* quis. excludi ac facultas emendi non tantùm certo individuo, sed & integræ Nationi adimi possit, e. g. in casu indigentia aut aliâs ob utilitatem publicam cum nemo, qui indiget Jus exigendi, indè accipiat, Dn. Strauch. *Diss. Acad.* 1. cap. 8. §. 3. natura etiam genericè tantùm provideat, nec ad speciem descendat, undè & Naturæ Jus, civilibus legibus limitari potest contra Grotium d. l. & §. 22. *affirmo cum Celeberrimo* Dn. Præs. in *Not. ad Grot. d. c. 2. §. 19. & 22. ubi & Molin. de J. & J. T. 2. disp. 145.* pro hac Sententia citat, vid. Dn. Pufendorf. d. l. add. Lehman. *Chron. Spir.* l. 7. c. 4. p. m. 723. 2. B. ubi exemplum ejusmodi conventionis habetur.
- 5 Imò quivis vendens voluntate suâ ab emtione *Victualium* excludere alterum potest, nec si vendere nolit Injuriarum indè tenebitur, Dn. Carpz. 1. *Resp.* 58. n. 14. *ibiq; relat. Magnif. Dn. Præs. ad d. §. 19. verb. ad hac igitur. &c.* nec extra fines civitatis denegatio *Commeatus* & exclusio ab emtione *Victualium* belli causa justificata est, uti quidem vult Reinking. in *Biblischer Policen lib. 2.*
- 6 *Axiom.* 131. Ex quo illud sequitur, multò magis quem ab emtione in tantùm, præsertim tempore egestatis excludi posse, scil. ne plus emat ultra indigentiam & necessitatem, Sc. Amirat. l. 2. *de Inst. Reg.* p. 946. *fin.* Dn. Præs. d. l. *verb. quomodo &c. ubi & Gomez. 2. Resolut.* 2. n. ult. citat. Dn. Carpz. 1. *Resp.* 42. n. 15. *fin.* Marquard. d. tr. l. 4. c. 6. n. 12. *seqq.* Mev. p. 7. *Decis.* 122. 2.) notandum, quamvis regulariter ad emendum invitatus nemo compelli queat, l. 16. C. *de J. delib.* Dn. Pufendorf. *de J. N. & G.* 3. 3. 12. limitatur tñ. hæc Regula in

Regula in

gula in Emtione *Victualium* ad quam quandoq; aliqui rectè co-  
 gitur, sicuti pro evitanda Caristia Magistratus subditos rectè ju-  
 bere potest, ut Annonam etiam in disitis locis emant, *Dd. in. d. l.*  
*16. Magnif. Dn. Præs. ad Grot. de J. B. & P. 2. 2. 20. Dn. Carpz. 1.*  
*Resp. 42. n. 15. & plures quos refert & sequitur Jctus celeberrimus*  
*Dn. Struv. Exerc. 23. tb. 6. Id. Dissert. de Annon. tb. 23. exteros v.*  
 qui imperio alterius parent, ad emendas res nostras cogere non li-  
 cet, *Dn. Pufendorf d. l. Imo nec subditos proprios Dominus rectè*  
 cogit, ut à se *Victualia* emant non ab aliis, *Joh. Koppen. Decis. 20.*  
*aliq; relati à. Marquard. de Mercat. l. 4. c. 6. n. 27. nisi in casibus*  
*n. 57. seqq. expressis. 3.)* Etsi subditis edere ac bibere quocund; lo- 9  
 co liceat, rectè tñ. Magistratus statuere potest, ne subditi in frau-  
 dem Gabellæ *Victualibus* impositæ à certis personis ac in certis lo-  
 cis emant, ac potandi gratia eò eant, pœna in contravenientes ad-  
 dita, *Klock. de Vectigal. Concl. 14. Speidel. in Spec. notabil. verb.*  
*Umbgeld. Exemplum est ap. Lehmann. 5. Chron. Spir. 115. p. m. 643.*  
*2. D. add. lib. 6. c. 4. p. 723. B. alias enim illi tantum emtores in-*  
 venient, qui gabellis immunes, vilius ea vendere possunt, subditi  
 v. gravati nullum planè lucrum percipere, imò ne vendendi qui-  
 dem occasionem habere poterunt, *Lehman. d. l. p. 643. 1. D. nec*  
 illicitum est subditos adstringere, ut non nisi à certo aliquo emant  
*Dn. Pufendorf. de J. N. & G. 3. 3. 12. Coeterum si nulla fraudatio*  
*Gabellarum aut detrimentum Reipubl. hâc in parte versetur, tale*  
 statutum vix rectè conditur. 4) Prærogativa seu Jus Protimiseos in 10  
 Emtione *Victualium*, frumenti, carnis, panis, &c. rectè certæ cui-  
 dam personæ aut corpori concedi potest *arg. l. un. C. ut nem. lic.*  
*in emt. spec. lib. 11. ubi Dn. Brunnem. n. 9. Potest enim Magistratus*  
 commerciis modum ponere ac certas personas in emtione illo-  
 rum præferre, ac proindè justè statuere, ut cives præferantur fo-  
 rensis & extraneis, itemq; ne extranei ad emtione illorum  
 prius admittantur, quàm appensa hædera publica remota. &c. bis  
 daß öffentliche Marckfahne oder Wisch gefallen. *Churf. Sächse.*  
*Erled. der Landesgebr. de anno. 1612. tit. Justit. Sachen / §. 26.*  
 Copia siquidem frumenti primùm Provinciæ debet prodesse cui  
 nascitur, ut rectè *Cnsiodor. 1. Epist. 34. Dn. Pufendorf. de J. N.*  
*& G. 3. 3. 11. fin. qvalia Statuta tanquàm ad affluentiam Victualium in*  
 justum

- justum pretium illorum promovendum, ordinem in distractio-  
 ne servandum Reipubl. valde sunt utilia, Joh. Herm. Stamm. *de*  
*Servit. Pers.* 3. 8. n. 10. Dn. Carpz. 1. *Resp.* 42. n. 12. 13. Dn. Brun-  
 nem. *ad l. 2. ff. de Nundin.* n. 3. Marquard. *de Mercat. l. 4. c. 7. n. 39*  
 12 *seqq.* qualis prerogativa & nonnullibi locorum Pistoribus com-  
 petit. Nobilibus tn. in emtione *Victualium*, quæ subditi illorum  
 venalia ad forum deferunt regulariter nullum Jus protimiseos  
 competit, nisi consuetudine aut conventionem expressâ firmatum  
 sit, Dn. Carpz. p. 2. C. 51. D. 10. & plures quos citat & sequitur *Magnif.*  
*Dn. Præs. ad Grot. de J. B. & P. 2. 2. 19.* Dn. Mev. p. 2. *Decis.*  
 279. Dn. Struv. *de Annon. tb. 30.* Constituto, autem tali jure quid  
*Victualium* nomine veniat, docet Dn. Carpz. 6. *Resp.* 103. De cœte-  
 13 ro quamvis Principi Jus hoc protimiseos in Emtione *Victualium*  
 nemo denegaverit, perquam tn. iniquum & ab omni ratione alie-  
 num fuerit, si Præfectus, vel Capitaneus vel alius Officialis in Ci-  
 vitate quadam residens Rusticos Præfecturæ sibi commissæ cogere  
 vellet, *Victualia*, quæ in Civitatem illam venalia deportant sibi  
 primùm offerre, antequam ad publicum Forum deferant.  
 14 Quod *personas vendentes concernit*, sciendum est 1.) quamvis cui-  
 libet liberum sit acquirere vel non, & proinde ad sua vendenda re-  
 gulariter nemo compelli queat, *l. 11. 13. & 14. C. de emt. Grot. de l. B.*  
*& P. 2. 2. 20.* attamen quilibet, qui rem venalem aliàs exponit, quæ ad  
 Victum hominis facit, cogi potest, ut vendat, post Did. Covarruv.  
 3. *Var. Res.* 14. n. 1. aliosq; relatos, *Magnif. Dn. Præs. in Not. ad*  
 15 *Grot. d. l. §. 19.* Dn. Brunnem. *ad l. 11. n. 2.* Undè & Rustici ad con-  
 veniendum in Civitatibus & *Victualia* vendenda eò deferre rectè  
 cogi possunt, per *l. 2. ff. de Nund. ac in Italia & Gallia solere testan-*  
*tur Dd. ad l. 16. C. de l. deliber.* quos refert Marquard. *d. Tr. 2. c. 2. n.*  
*21. seq. Boer. Decis. 296. n. 6. fin.* *Magnif. Brunnem. ad l. 1. ff. de Off.*  
 16 *P. 11. n. 20.* quod & in Ducatu Sax. Goth. in *Ord. Prov. tit. 15. §. wasß*  
*auch &c.* expressè constitutum est. Illustre Exemplum occurrit in  
*A. B. tit. 7. §. decernentes. 3.* ubi omnes Civitates & Communitates Ele-  
 ctoribus & Legatis illorum pro suis hominumq; suorum necessita-  
 tibus Francofortum ad Electionem Imperat. euntibus ac redeun-  
 tibus sub pœna Banni *Victualia* vendere coguntur, *Limn. ibid. obs.*  
 17 *l. 2. & 9.* Maximè verò tempore Caristæ ad vendenda *Victualia*  
 justò



justo tñ. pretio statutò subditi à Magistratu cogi possunt ac de-  
bent, l. 1. C. de Epist. aud. & l. 1. C. ut nem. lic. in emt. spec. lib. 10. Ubi  
Cujac. & Dn. Brunnem. n. 2, 3. & ad l. 11. C. de contr. emt. n. 3. Dn.  
Struv. Ex. 23. tb. 7. n. 2. ibiq; alleg. Treutler. V. 1. D. 28. tb. 3. C. D.  
ibiq; Bachov. Exemplum occurrit in l. 2. §. 2. fin. ad L. Rhod. de  
Jact. ubi in Navigatione cibaria si ea defecerint in commune con-  
ferri debent, Grot. de I. B. & P. 2. 2. 6. 3. pretio scil. recepto, vid.  
Dn. Fritsch. de I. Necessit. Jact. 7. concl. 2. Exempl. 1. n. 1. p. m. 610. adeò  
ut nisi hoc fecerit Magistratus, Dei ipsius iram incurrat, Dn. Brun-  
nem. ad l. 1. C. de Frum, Urb. Const. n. 7. 8. Non tantum autem Nego- 18  
tiatores, sed etiam primores Urbis, & qui alias venalem annonam  
non habent, arg. can. sicut 8. Distinct 47. Dn. Brunnem. ad l. 1. C. de  
Cond. in borr. pub. n. 7. 8. 9. & Dn. Struv. Differ. de Annon. tb. 24. ibiq;  
relat. mandatis pœnalibus ad vendendum aut aliis modis etiam  
compelli possunt, post plures relatos Dn. Brunnem. ad l. 1. C. de  
Episc. aud. n. 3. Hoc temperamentum tñ. addi debet, si scil. primo- 19  
res hi aliiq; præter Negotiatores frumento abundant, etiam si i-  
psi pro se familiaq; eo opus habeant, vendere non cogentur Dn.  
Struv. de Annon. d. tb. 24. cum ibi cit. Limn. ad A. B. d. Obs. 9. in fin.  
add. Grot. de I. B. & P. 2. 2. 18. quamvis ad Eleemosynam seu gra-  
tis præstandum frumentum pauperibus hoc casu adigi possint, Dn.  
Brunnem. ad l. 1. C. de Cond. in borr. pub. Dn. Struv. de Annon. d.  
tb. 24. fin. Peregrini quoq; hoc casu Victualia apportantes ad ven- 20  
dendum cogi possunt, Marquard. d. Tr. l. 1. c. 11. n. 47. Coeterum 21  
ut cuivis licitanti aut certæ personæ Victualia quis vendat, nemo  
justè cogitur, Dn. Præs. in Not. ad Grot. d. l. §. 19. nec etiam hic  
vel ille tantum in particulari, debet enim esse Statutum tale co-  
activum universale. l. 9. C. de Jud. & Coelic. ubi Bartol. n. 2. Dinner.  
de pret. rer. qv. 3. n. 3. Licet autem 2.) nemo simpliciter prohiberi 22  
possit Victualia vendere, sive quod idem est, facultas vendendi  
Victualia absolute nemini adimi queat, talis enim prohibitio &  
naturali rationi & libertati commerciorum manifestè repugnaret,  
conf. Dn. Pufendorf. de I. N. & G. 3. 3. pr. justissime tñ. facultas  
illa vendendi uti & emendi, conf. sup. n. 4. seqq. restringi ac limi-  
tari potest ob publicam utilitatem, Magnif. Dn. Præs. ad Grot. d.  
§. 1. Mey. p. 2. Decis. 260. ubi exemplum habet de hordeo non ex-  
portando

23 portando antequam polenta ex eo confecta; hinc valida iustaq; sunt  
 illa Statuta, quando Magistratus exportationem & evectio-  
 nem imminente Carista vetat, *cap. 2. sup. n. 43.* suosq; jubet ut oppida-  
 nis tantum & provincialibus non Exteris frumentum aliaq; *Victu-*  
*alia* vendat, *arg. l. 2. ff. de Nund. l. 4. C. de Comer. & Merc. & l. 1. C.*  
*quæ res exp. non debet, ubi Dn. Brunnom. n. 3. ibiq; cit. Dn. Carpz.*  
*1. Resp. 42. n. 12. 13. 14. & ab eo relat. Grot. d. l. §: 19, ibiq; Dn. Præl.*  
 incumbit enim Magistratui ut famem à suis potius avertat, quam  
 aliis profit, *arg. l. 6. C. de servit. Dn. Struv. de Annon. tb. 22. ubi*  
 24 ad contraria respondet. Iusta etiam est illa prohibitio, ne barba-  
 ris hostibus & piratis *Victualia* vendantur, *l. 1. & 2. C. quæ res exp.*  
*non deb. ubi Dn. Brunnom. R. I. de anno 1417. Dn. Struv. Ex 23. tb.*  
*28. fin. conf. Marquard, de Mercat. l. 1. c. 11. Extra casum v. Publicæ*  
*utilitatis vel necessitatis talis prohibitio vix licita est, Klock. de*  
*Contrib. c. 1. n. 356. citatus à Dn. Struv. de Annon. tb. 22. fin. add. Grot.*  
 25 *d. l. §. 18. 19. & 22. quemadmodum etiam peregrinus merces suas*  
*subditis nostris vendere, aut illi eas emere regulariter vix justè pro-*  
*hibetur Dn. Pufendorf. de I. N. G. & 3. 3. 12. fin. præsertim à Magi-*  
 26 *stratu oppidano Nundinis publicis. Mev. p. 9. Decis. 8. Quæ. au-*  
*tem hac occasione an sicut exportatio Victualium ita & transpor-*  
*tatio illorum per terras nostras ad aliam gentem prohiberi ac tran-*  
*situs denegari quæat? Equidem de transitu mercium permittendo*  
*non convenit inter Eruditos, Hugo Grot. d. l. B. & P. 2. 2. 13. n. 9.*  
*negat simpliciter transitum denegari posse, quia nemini Jus sit*  
*gentis hujus cum altera commercium impedire, quam rationem*  
 27 *tamen limitat Magnif. Dn. Præl. in Not. ibid. Aliter sentit Cele-*  
*berrimus JCeus Dn. Strauch. Diff. Acad. 1. c. 8. §. 2. & 3. & novissimè*  
*Dn. Pufendorf. de I. N. & G. 3. 3. 6. qui affirmat ad concedendum*  
*transitum aliis mercibus, quàm quæ ad Vitam aliorum sunt ne-*  
*cessariæ, quales sunt imprimis Victualia, legem humanitatis non*  
*obligare, reliquas v. quæ ad luxum potius faciunt, & ex quibus*  
*non tam subsidia vitæ, quàm lucrum quæritur, transitum denega-*  
*ri ac in nostra terra silti posse, vid. Marquard. d. Tr. l. 1. c. 17. n. 38.*  
*seq. licitum enim est lucrum illud in nos derivare, & commodum*  
*illud nobis vindicare, undè & Jus Stapulæ defenditur, Dn. Pufen-*  
 dorf,

dorf. d. l. add. §. 11. *ibid.* In Imperio nostro R. G. transitus talis viæ 28  
denegari potest ob Legem publicam ex Conventione Statuum la-  
tam, *vid.* R. J. de anno 1555. §. setzen demnach. Belli tn. ac necessita-  
tis tempore *Victualium* transitus rectè denegatur, Dn. Strauch. d. §. 3.  
ubi Exempla refert, Marquard. d. tr. l. 4. c. 7. n. 74. Alia quæstio est 29  
annon *Victualibus* terra, amnibus aut freto etiam nostro transe-  
untibus justè vestigal imponatur; quam affirmo, cum Grot. d. l. §.  
14. ubi Magnif. Dn. Præf. in Not. eamq; latius discutit Dn. Strauch.  
Dissert. Acad. 1. c. 7. add. Dn. Pufendorf. d. l. §. 7. Tandem & illud 30  
monendum prohibitâ exportatione non etiam transportationem  
simul prohibitam intelligi, Boer. Decis. 178. n. 12. Coler. de Alim.  
l. 1. c. 17. n. 12. cit: Brunnem. ad l. 1. C. quæ res exp. non deb. n. 5.

II. Post Personas sequuntur Res ipsæ *Victuales*, circa quas quæ- 31  
ritur 1.) an *Victualia* ex quibus cunq; locis venalia apportare & ex-  
ponere liceat? Quod regulariter affirm. propter indigentiam pu-  
blicam & libertatem Commerciorum. Restringeri tn. potest libertas 32  
importandi *Victualia* & alienis Territoriis quoad certam speciem  
ad venundationem liberam vel Statuto aut lege Publicâ, e. g. apud  
nos Cerevisia in Ditionibus extraneis braxata, quia scil. ipsæ Pro-  
vincia hæ Saxonica sufficientem satis copiam ejo præbent. Ne igitur  
lucrum omne & commodum quod ex hoc commercio quæ-  
runt, auferatur, ob rationem n. præced. 9. traditam, justissimè  
invectio ejus prohibetur, nec nisi sub onere illo, de quo cap. præ-  
ced. n. 58. seq. premittitur, Chursl. S. M. Erled. de anno 1612. tit.  
Justit. sachen. §. 26. & de anno 1661. tit. eod. §. 123. Sed quid de pa- 33  
nibus? Sanè nisi ad Pistorum Civitatum tantum facultas vendendi  
privilegio certo restricta sit, nullo modo poterunt frunacarios pa-  
gnos die backmuller / vel alios rusticos prohibere, panes cibarios  
venales appotare, latè Dn. Carpz. 1. Resp. 41. per tot. quin & puta-  
verim tempore Caristæ tali privilegio non obstante advectionem  
panis permittendam, præsertim cum satis constet, avaritia & ini-  
quitas Pistorum panes justo pondere & pretiò raro vendentium.  
In his Provinciis alicubi locorum panis advectione indistinctè libera, 34  
alibi ad solum cibarium panem auff das hauffbackene / deniq; &  
quibusdam in Civitatibus ad certum numerum tantum restricta,  
sic ut singulis diebus nundinalibus hebdomadalibus, alle Markt-  
ge/quili-

- ge / quilibet Rusticus , qui ipse prædium possidet , ein jeder Bauer / so einen ganzen Hoff hat / possit duos pluresve ac pauciores
- 35 panes in Civitatem venales afferre. Idem de Carnibus habendum, quarum venditio ad solos lanios quibusdam in locis , ubi præsertim incolarum non magnus est numerus , restricta , alibi v. & paganis denen Dorff schlächtern und Lästereu / apportatio ejus & venditio sub certo modo permissa.
- 36 Quar. 2.) an etiam *Viſtualia* pupillorum & minorum à Tutoribus & Curatoribus licite ac sine decerto alienari possint? Quod affir. quia edulia res sunt , quæ servando servari nequeunt, l. 22. § l. fin. C. de adm. tut. ubi Dn. Brunnem. n. 13. § ad l. ult. C. de vend. reb. civ. lib. 11. n. 2. veteres tn. fructus prius vendere debent , quam recentiores , Christin. V. 5. Decis. 22. n. 6. seq. arg. l. 1. C. de Cond. in horr. publ. lib. 10. ubi Dn. Brunnem. n. 3. & venditioni expectare tempus opportunum , Afflict. Dec. 316. n. 8. Decius Conf. 274. n. 6.
- 37 Joh. Franc Balths. tit. 5. Res. Bavar. 7. n. 10. Illud notandum , quædam *Viſtualia* ob singularem qualitatem emi vendiq; prohibita esse , ut frumentum publici Canonis , de Jure Rom. Annona militaris tam à subvectoribus illorum sub poena gravissima , quam à militibus , vid. l. 3. § 4. C. quæ res ven. non poss. ibiq; Dn. Brunnem. Annona & panes civiles Urbis Constant. sine Auctoritate Principis , vid. l. ult. C. de vend. reb. civ. ubi Cujac. & Dn. Brunnem. Jure quidem Rom. venditio frugum in herbis vel aristis , item vinum in uvis permessa , l. 78. §. ult. de contr. emt. § 25. ff. de A. E. Wisenbach.
- 38 ad ff. p. 1. Exerc. 34. th. 9 hodiè tn. valde restricta in fraudem Dardanariorum & Propolarum , ne vili pretio misero & egenti agricolæ annona auferatur undè se alat , Illustris Dn. de Seckendorff in Teutscher Fürsten Staat / 2. 8. 9. n. 3. Ord. Pol. Imp. de anno 1548. tit. von verkauffung der Früchte / & Const. Pol. Francof. de anno 1577. tit. 19. Dn. Struvins , Ex 23. th. 28. n. 6. ubi plures Ordinationes Provinciales Statuū Imperii refert. add. Churff. S. Resol. Gravam. de anno 1612. tit. Justit. sachen §. 26. § 35. Boer. Decis. 296. n. 7. Hoc quoq; addendum est , quamvis Respubl. tempore Caristæ frumentum vetus corruptum cum novo ac incorrupto miscere ac vendere possit , sine crimine ob specialem rationem, l. 1. C. de Cond. in publ. horr. Dn. Stryk, de I. Sens. Disf. 6. c. 4. n. 49. ibiq; cit. licet Nero

Nemo hoc Jure non usus fuerit, Tacit. l. 1. §. 2. non tn. idem & alii  
is Negotiatoribus licet, cum illi frumentum quovis tempore ven-  
dere possint, post Christin. V. 5. Dec. 22. n. 8. Dn. Brunnem. ad d.  
l. 1. C. de cond. in horr. pub. n. 4. § 5. Limn. ad A. B. c. 1. §. 3. Obs. II.  
n. 5. nec extra hunc casum, etiam Magistratus subditos cogere valet  
ad emendum à se frumentum corruptum, Dn. Struv. Diff. de An-  
non. tb. 18. fin.

III. De Modo vendendi Victualia videndum est, ubi 40  
extra dubium est, quod Magistratus certum modum circa vendi-  
tionem Victualium statuere possit, Exemplum habetur in Ord. Ec-  
cles. Elect. Sax. Art. Gen. 16. §. Es sollen auch / & seqq. ubi clericis  
Cerevisiam quidem coquere in ædibus propriis eamq; ut & vinum  
vendere licet, non tn. tabernam erigere, ubi juxta mensuram præ-  
betur, dürfen es nicht verzapffen / sed tantum integra dolia ven-  
dere permittitur, bey Bassen / Eimer / und Tonnen zuverkauffen /  
Dn. Carpz. Jurispr. Consist. l. 1. Def. 65. § 108. nisi consuetudine aut  
speciali privilegio aliud concessum. Conventione quoq; modum  
venditioni Victualium statui posse certum est, vid. Lehmann. sup.  
n. 4. alleg. Ad modum etiam pertinet, ne venditores piscium &  
Macellarii extranei sedentes vendant, sed stantes ut sic citius com-  
ponere pretia coerceantur, quod Lipsiæ alibiq; observatur.

IV. Succedit Tempus; circa quod notandum 1.) Magistra- 41  
tum justè statuere posse, quando Victualia vendere liceat, Bart. in  
l. 1. C. de frum. Urb. Const. n. 2. eorumq; venditionem certis tantum  
diebus permittere, reliquis verò prohibere, quemadmodum in  
Sax. Elect. Nundinas tam solennes, quàm hebdomadales Festis  
instituere non licet, ita quoq; Victualia eò die vendere justissimè  
prohibitum, vid. N. Erled. der Landes Gebr. tit. Justit. sachen /  
§. 110. & Nov. Ord. Pol. Elect. Sax. tit. 2. §. 1. & 5. conf. Nebem. ult.  
p. 15. Justè proinde Magistratus venditionem Victualium ad heb-  
domadales Nundinas auff die wochen Märckte / quæ præcipuè Vi-  
ctualium Negotiationis gratia celebrantur, restringere potest, ne  
extra illos Victualia vendantur, conf. Ord. Prøv. Sax. Gothan. tit  
15. §. Auch soll (2.) Valida sunt ista Statuta, ubi peregrinis & exte- 42  
ris non licet emere ante certam diei horam ac priusquàm signum  
publicum die öffentl. Märckfahne oder Wisch / fuerit ablatum,

H

Illustris

- Illustris Dn. de Seckendorff in S. S. Staat / 2. 8. 10. n. 5. Boet. Decret.*
- 43 296. n. fin. vid. sup. n. 10 (3.) Justè quoq; Magistratus venditione certæ  
 cujusdã speciei *Victualium* per continuum temporis spatium toti-  
 us anni prohibere ac vendendi facultatem subditis adimere potest,  
 e. g. vini, quod nonnullis in locis per quasdam septimanas tantum  
 à civibus vendi potest, *conf. Lehman. Chron. Spir. l. 7. c. 5. p. m. 713. 2. l.*  
 ubi exemplum prohibitionis talis per conventionem constituta.
- 44 Huc etiam pertinent 4.) Statuta illa ubi venditio Cerevisiæ in Ta-  
 bernis ultra octavam aut nonam noctis horam extendi prohibe-  
 tur *vid. Nov. Ord. Pol. Elect. Sax. tit. 19. §. 2. fin.* 5) Vendi-
- 45 tio frugum extra Urbem aut Provinciam tempore Caristiæ, de  
 qua *sup. num. 23.* item tempore illo ubi adhuc in herbis consistunt,  
*sup. num. 38.*
- 46 Injusta verò est ista prohibitio, ne subditi prius res  
 venales ad forum publicum deferant, priusquam ipse Magistra-  
 tus res suas vendidit, Adam Keller. *Tr. de Offic. Jur. Pol. l. 2. cap.*
- 47 18. Dn. Carpzov. 1. *Resp. 41. n. 11. ibiq; relat.* Illicita quoq; est con-  
 ventio talis ne alterius loci aut ordinis homines *Victualia* sua ve-  
 nalia apportent, antequam ipsi sua distraxerunt, quia pretium  
*Victualium* auget ac Caristiæm introducit, Greg. Tholos 13. *de Rep.*  
*c. 13. n. 4.* quem refert & sequitur Dn. Fritsch. *d. Monop. c. 9. n. 15.*
- 48 § 16. ut pròinde non videam, quomodo Consules illi aliq; Offi-  
 ciales à Monopolii crimine immunes esse queant, qui cerevisiam  
 coquere aut vendere non permittunt, donec ipsi suam sapius pes-  
 simam distraxerint; quod hodiè contra charitatem Christianam  
 sub prætextu & specie recti passim fieri, meritò conqueritur Dn.  
 Fritsch. *d. n. 16. fin.*
- 49 V. De Loco tractandum, in quo omnes res venales exponendæ  
 ibiq; vendendæ sunt, ubi Magistratui incumbit vel unicum, vel  
 pro mercium differentia plura loca ordinare, ut hic boves illic car-  
 nes, panes & ita porrò vendantur, P. Gregor. Thol. *de Rep. l. 2. c.*  
*8. n. 1.* Faust. *de Erar. class. 16. conf. 145. nec.* permittere ut ubiq;  
 emtio & venditio retum instituatür, *Generosiss. Dn. de Seckendorff*  
*in Teutscher Fürsten Staat / d. l. p. 216. conf. Matth. 21. 12. &*
- 50 *Luc. 19. 45.* aliàs saepe pauperes non invenient res ad Victum neces-  
 sarias, dum alii vel in pagos excurrunt & in ipsorum negotiatorum  
 domibus

domibus eas emunt, vel venditores, illas ad aedes divitum venales  
apportant, qui plus pretii, quam alii solvunt, Churff. S. Erled.  
der Landesgebr. de anno 1612. tit. Justit. sachen / §. 26. v. so thäte  
mann. Ord. Civ. Argentor. quam Dn. Tabor. de Altero tant. p. 239.  
refert, Dn. Brunnem. ad l. 3. C. quæres ven. non poss. n. 3. Ex his 51  
facilis est Decisio, si quærat, an Rusticis *Viſtualia* in Urbes ap-  
portantibus obviare, vel portis urbium adſtare, ac in itinere ea  
emere liceat? Quod rectè negatur hoc enim modo *Viſtualia* ab  
Emtoribus ſupprimuntur ac illicitum propoliū exercetur, proinde  
non prius emere illa licebit, quousq; in Forum publicum venerint,  
Nic. Boer. Decis. 296. n. 6. ſin. §. 7. Sed quàm malè Magiſtratus locorū  
talia negligant, teſtis eſt ipſa quotidiana Experientia. Pertinet & 52  
ad locum Venditionis Privilegium Civitatum nonnullarum, in  
quas certum *Viſtualium* genus inferendum, nec ſine Magiſtratus  
permiſſione achi poteſt Dn. Brunnem. ad l. 1. C. quæres exp. deb.  
ibiq; relat. uti olim ap. Athenienſes, ubi nullus civis frumentum  
aliò, quàm Athenas vendendum vehere poterat, ex Lycurg. Orat.  
Dn. Pufendorf. de I. N. & G. 3. 3. 11. cum quo Jus Stapulæ ubi certæ  
merces in locum quendam deponi & venales haberi debent, de  
quo integri Tractatus extant, convenit.

Reſtat VI. Pretium, de quo, cum jam *cap. preced. n. 68. ſeqq.* 53  
latè fuerit actum, quid Magiſtratus circa illud ſtatuerè poſſit, eò  
remitto. Hoc tantùm addens, quavis Magiſtratus *Viſtualibus* pre-  
tium definire poſſit, quod vendentibus excedere non liceat, nec  
pluris vendere permiſſum; nequaquam tamen ea poteſtas Magi-  
ſtratuſi competit, ut pretium ſtatuerè valeat, quod minuere vendi-  
tores nequeant, nec minoris *Viſtualia* vendere, tale enim Statutum  
contra utilitatem publicam manifèſtiſſimè monopolium Jure  
ſcripto ſeveriſſimè prohibutum permitteret, l. un. C. de Monop. ubi  
Dn. Brunnem. n. 2. §. 6. ibiq; relat. add. Reform Polit. de anno 1577.  
tit. 27. Dn. Struv. Exerc. 23. ib. 68. ſin. Illud adhuc diſcutiendum eſt, 54  
an *Viſtualia* vendentes cogi queant ad concetendum ſolutionis  
dilationem, numq; fide habitâ de pretio moratorii indulti exce-  
prio venditoribus opponi queat? Quod meritò negatur propter  
commerciorum utilitatem, ne ea hoc modo impediatur, arg l. 2. ff.  
de Nund. Nic. Boer. Decis. 296. n. 6. aliiqve, quos refert & ſequitur

Dn Struv. *Diss. de Annon. lib. 25.* Dn. Marquard. *de Mercat. l. 1. c. 14. num. 47.*

55 Ad emtionem & Venditionem pertinent maximè Monopolia, de quibus proinde nonnulla subicienda ; ubi notandum, ea simpliciter non esse illicita, sed illa tantùm quæ cum publica utilitate pugnant, Grot. *de J. B. & P. 2. 12. 16.* ubi Dn. Præs. in Not. Mar-  
56 quard. *d. Tr. l. 4 c. 7. n. 2. seqq.* Mev. *p. 3. Decis. 70.* Exerceri proinde & Monopolia *Victualium* possunt I. etiam ab integra gente, sic ut Gens una cum altera pacisci possit, ut illa sibi soli fructus certæ generis vendat, quia alter alteri lucrum intervertere potest, nec aliarum Gentium interest, à quo necessaria emanant, Grot. *de J. B. & P. 2. 2. 24.* & Dn. Præs. in Not. *ad d. cap. § 19.* modo ut limitat ipse Grotius 1.) fructus tales aliis vendantur justo pretio, 2.) non protritæ & corruptæ merces, *Celeberr. Dn. Præs. in Not. ad d. §. 24.*

II. Possunt ac solent Monopolia *Victualium* exerceri à Principibus & summis Imperantibus ; quamvis enim regulariter Principes à Mercatura abstinere, illamq; privatis relinquere debeant, quin tamen ex causa publicæ utilitatis maximè in publica indigentia certarum rerum Monopolia sibi arrogare & exercere justè possint, dubium non est, vid. latè hoc Testimoniis aliorum & rationibus probantes, Dn. Carpz. *p. 1. Decis. ill. 4.* Dn. Marquard *d. Tr. l. 4. c. 7. n. 10. seqq.* Scaccia *de Commer. §. 1. quest. 7. p. 3. lim 10 n. 15.* Quanam vero Cautiones hac in parte adhibendæ ne subditi nimis graventur, docet Dn. Marquard *d. l. n. 77. seqq.* quas denuò repetit Dn. Fritsch. *de Monop. cap. 10. n. 35. usq; 46.* *Victualium* autem illorum Monopolia, quæ ex peregrinis ditionibus luxus potius, quàm Victus gratia importantur, Principes sine ulla dubitatione rectissimè sibi in perpetuum asserunt, ex Petr. Theod. Colleg. *Crim. D. 9. tb. 12. b.* aliisque allegatis, Dn. Fritsch. *d. l. n. 56.* Præprimis autem usitatum est Monopolium Salis, vid. *Excellentiss. Dn. de Seckendorff in Teutscher Fürsten Staat / 3. 3. Regal. 1. n. 11. fin. p. 377.* quod olim jam frequentatum, vid. *l. 11. C. de Vect. & Commiss. Cassiod. 6. Var. 8.* Juret. *ad Symmach. 10. Epist. 58.* Marquard. *d. c. 7. n. 20. seqq.* & à Sereniss. Sax. Electore nostro per quosdam districto exercetur, vid. *N. Erled. der Landsgebr. de anno 1661. tit. Justit. Sachen §. 90. & tit. Rentz und Cammer Sachen / §. 45. & 56.*

III. Ci.



III. Civitates Municipales quoque *Victualium* monopolia ex 60  
privilegio Principum, quibus parent, exercere solent, sic ut intra  
miliare circum circa nemo illorum negotiationibus & Opificiis  
nocere queat, nisi aliud conventum aut praescriptum, quò Privile-  
giò Civitates Saxon. ab antiquo gaudent, Landr. 3. Art. 66. ubi Gloss.  
Churf. S. M. Erled. de anno 1661. tit. Justit. Sachen § 99. omni-  
busq; ferè Germaniæ Oppid. Jus tale competere testatur Dn. Carp-  
zov. p. 1. Decis. ill. 4. n. 1. Caterum an ex usu Reipubl. sint haec Mo- 61  
nopolia, numve ad incrementum ejus faciant alia quaestio est,  
quam tractat Illustris & Generosus Dn. de Seckendorff / in add. ad  
Deutscher Fürsten Staat / §. 42. n. 7. p. 74. seqq. Exercent verò Civi-  
tates harum Terrarum imprimis Monopolia in certis speciebus  
*Victualium*, tale (1) est Monopolium Cerevisiæ, quam Incolis Ci- 62  
vitatum coquere tantum permissum est, à quibus & Cauponæ ali-  
que omnes incolæ pagorum intra miliare eam emere coguntur,  
nec intra hoc spatium aliis eandem negotiationem exercere per-  
mittitur, ex Ord. Prov. de anno 1555. tit. brauen / schencken und ande-  
re / 2c. quod & Civitatibus denuò confirmatum in Nov. Resol Gra-  
vamm. Prov. de anno 1661. tit. Justit. Sachen / §. 18. & seqq. usq; ad  
§. 154. conf. Marquard. d. Tr. c. 7. n. 48. Et tale privilegium etiam  
praescriptione, accedente Subditorum patientiâ acquiri potest, vid.  
Dn. Carpz. 1. Resp. 66. per tot. Num verò in casu ubi Civitas Cere-  
visiam minus probam coquit, nec sanitati cujusq; conducentem 63  
tale monopolium illæsa charitate Christianâ rigorosè adeò exer-  
cere, & extraneæ importationem denegare possit, ad Conscientiæ  
Forum spectans Controversia est. Eodemq; modo (2) Civitates  
municipales exercent, Monopolium Vini, vid. Churf. S. M. Er. 64  
led. de anno 1661. tit. Justit. Sachen / §. 101. & 102. (3) Monopolium  
Salis, quod quibusnam Civitatibus in his ditionibus competat, 65  
vid. d. Res. Grav. de anno. 1661. tit. Justit. Sachen / §. 90. 105. & 152.  
item tit. Cammer und Renthsachen / §. 51. 52. 53. & 54. Caterum  
Monopolium hoc & ejusmodi generis non aliter stringit, quàm si 66  
Civitas eo gaudens sufficientem illius speciei copiam, cujus Mo-  
nopolium exercet semper advexerit, quæ vicinis sufficiat, aliàs ill  
non obstante hōc monopoliō alibi eam sibi comparare poterun  
deindè & justo pretio item incorruptam vendere debent, § 10

67 & 52. non etiam obligat hoc Monopolium Civitatum Nobiles, quoad sal, quod pro usu familiae ac domus emunt, itemque si vel privilegio tuti sint, vel praescriptione, quin & aliae communitates & privati quoque immunitatem sibi adversus tale Monopolium acquirere possunt, d. §. 125. fin. Res Gravam. de anno 1661.

68 IV. Denique Privati Monopolium non nunquam ex speciali privilegio & indultu Superioris rerum Victualium aut certae illorum speciei exercere possunt, Dn. Carpz. d. Decis 4. n. 7. si scilicet praesertim negotiatores illi publico usui inserviant, & ad annonam levandam faciant, Dn. Fritsch. de Monop. c. 10. n. 66. Uti in plerisque Civitatibus e. g. Lanii, monopolium vendendae carnis, 69 Pistores Monopolium panis vendendi, &c. exercent. Huc pertinent imprimis Annonarii, qui à Rusticis esculenta emunt, ut deinde revendant, Alciat. ad l. 207. de V. S. n. 5. ubi eos venalitiarios vocat, germ. Höcken/Krähmer/Marquard de J. Mercat. l. 1. c. 7. n. 42. ibique citat. qui quidem tolerari possunt in Republ. ceterum diligenter cavendum, ne illicita propolia exercent, merces supprimant, Rusticis obviam aut in pagos excurrant, quò Victualia ibi coemant. Talia n. omninò prohibenda esse salus Civitatis requirit. Vid. Churf. S. Tar. Ord. de anno. 1623. class. 2. cap. Höcken und Höckereyen fol. 656. Ed. nov.

## CAP. IV

### De Consideratione Victualium quoad praestations & erogationes.

#### SUMMARIA.

**C**onnexio & praestationum divisio. 1. Praestations ex Victualibus, quae Deo fiunt in V. T. ubi de Sacrificiis. 2. quae fiunt praestations Victualium, quae Deo fiunt in N. T. 3. 4. Divisio praestations ex Victualibus, quae fiunt hominibus 5. benefica praestations Victualium, quae fiunt Principibus & Magistratibus, & exempla ex Jure Romano: ubi de Xenis Procons. & Praesidium. 6. 7.

6. 7. alia exempla ex Historiis de Regno German. 8. Principibus & Legatis eorum civitates transeuntibus vinum & alia Victualia dono offeruntur. 9. Beneficæ præstationes ex Victualibus, quæ à Principibus conferuntur in subditos, exempla illarum. 10. ut annona gratuita. in Rep. Rom. & Græcorum Imperator. 11. Panes gratiles. 12. Congiarium. 13. Donarium. 14. effusio vini in introitu Victoriouso Principum; 15. Bos integer assatus & factus in Curia solenni Imperat. R. G. 16. Feudum ex Victualibus, ut Soldatiæ & de cavena. 17. epule & convivia solennia tam ab equalibus quam à Principibus universo populo exhibita. 18. 19. 20. Dos ex Victualibus. 21. Præstationes Victualium onerosæ distinguntur in 3. classes, quarum 1. Hospitatura. 22. Hospitatura gratuita à Principibus à Subditis præstanda, exempla ex Hist. Germ. Imp. 23. 24. 25. an aliis Principibus præter Imperatorem hospitatura gratuita à subditis præstanda. 26. quid in Electoratu Sax. 27. an Episcopi Albergaria debeatur. 28. an Commissariis Principum & Judicibus ordinariis Jus extra locum habitationis dicentibus. 29. de Judiciis paganis Egerichten. 30. Hospitatura gratuita exhibetur subditis in conventibus Provincialibus. 31. item in Elect. Sax. Ambassatis. 32. Hospitatura gratuita quandoq; ab equalibus debetur, uti exempla. 33. 2. Classis præstationum est Persio ad sustentationem alterius debita. 34. uti est frumentum censuale Domino à subditis præstandum. 35. & alia Victualia varii generis quotannis præstanda. 36. it: Decima temporalibus Dominis ex certis fructibus debita. 37. Salaria Magistratum ex Victualibus apud Romanos, in natura aut in pretio eorum præstanda. 38. 39. Panes civiles. 40. Salaria ex Victualibus hodie usitata. 41. Panes Pastoribus Eccles. & Aedituis in Pagis præstandi. 42. ad quæ convivia illi vocari debeant. 43. Decima Pastorum Eccles. & Ludimoderatorum. 44. 45. Salaria Militum ex Victualibus ap. Romanos & quid hodie. 46. 47. Rusticis castra Nobilium custodientibus an Victus debeatur. 48. Salaria ex Victualibus famulorum mercenariorum & Operariorum. 49. 50. Pauperibus incarceratis à quibus Victus debeatur. 51. An Victualia ceu pensio debita in natura præstanda sint, an aliud loco illorum. 52. an pretium pro Victualibus à debitore dari possit. 53. an cui debentur Victualia pretium pro iis exigere queat. 54. an qui fisco Victualia debet, compensationem opponere valeat. 55. an pars Victualium loco Vestigialis pro iis debuit capi

capi

cap. 5 vindicari possit. 56. 57. 3. *Classis prestationum ex Victualibus*  
est multa exsolucio, ubi exempla. 58. 59.

- 1 **P**ergendum nunc est ad alia ac tractandum de prestationibus  
& collationibus, quæ ex *Victualibus* fieri solent. De his scien-  
dum, quod oblationes *Victualium* vel Deo fiant vel hominibus. Et  
missa quidem Gentilium superstitione ubi infinitæ ferè præstati-  
ones *Victualium* Idolis in sacrificiis illorum usitatæ erant, quid in  
2 ecclesia Dei de iis occurrat, paucis exponam. In V. T. externus  
Dei cultus maximè in oblatione sacrificiorum consistebat, quæ  
post Adami Lapsum (in Statu enim innocentie nullum illorum  
usum fuisse Theologi docent, *vid.*: Wolffg. Franz. *Schol. Sacrif.*  
*diff.* 1. & 2.) ab ejectione ejus ex Paradiso statim cœpisse credibile  
est. Fiebant a. maximè ex rebus ad Victum pertinentibus, *vid.*  
*Genes*: 4. 3. & 4. qualia sacrificia à Patriarchis frequentata, deniq;  
in Lege Dei expressè approbata ac mandata fuere. Et distingvi  
possunt in Voluntaria, de quibus *Levit. cap.* 1. 2. 3. & Necessaria,  
de quibus *Levit.* 4. & *seqq.* Ac quod voluntarias sacrificiorum  
præstationes attinet, non tantum, illa fiebant à Membris Ecclesie  
Judaicæ, uti à Principibus populi Israelitici *Numer.* 7. Rege Salo-  
mone in inauguratione, Templi, *1. Reg.* 8. 62 *seqq.* Sed etiam ab  
aliis extra Ecclesiam Judaicam, qui res ad sacrificia necessarias sub-  
ministrabant, *vid.* *Esr.* 6. 9. Cæterum in N. T. cultu Dei Levitico  
3 sublato, sacrificia tanquam species ejus in Ecclesia Christiana pe-  
nitus cessant, ac proindè ad cultum divinum externum nulla præ-  
statio ex *Victualibus* fieri solet. Ad collationes tn. quæ Deo fiunt  
referri possunt Collationes illæ & oblationes fidelium, quæ ex  
*Victualibus* ad sustentationem Ministrorum Ecclesie in primitiva  
Ecclesia offerebantur, *vid.* *Magnif. Dn. Præs, Tr. de Dot. Eccles.* 6.  
4. §. 18. & c. 8. §. 12. quodammodo etiam huc referri poterit præ-  
statio vini & farinæ, ex quibus panis eucharisticus conficitur, quæ  
duæ species in sacra Cœna tanquam materia terrena adhibentur,  
& regulariter quidem ex redditibus Ecclesie comparantur. Qui-  
busdam tn. in locis Magistratus vel alius, qui monopolium vini  
exercet, ex cella vinaria gratis præbere solent. Nonnunquam pri-  
vati etiam vel ex testamento illorum quibus successerunt, vel ex  
5] propria conventionis ad eandem præstationem obligantur. Præ-  
statione

Stationes verò & erogationes *Victualium* quæ hominibus fiunt, ad duo genera redigi possunt, sunt n. vel beneficæ & voluntariæ, vel onerosæ & necessariæ, & conferuntur vel in Principes & Magistrat9 à Subditis vel à Principibus & Magistratibus in Subditos. Beneficarum & Voluntariarum præstationum, quæ in Principes & Magistratus conferuntur à Subditis varia occurrunt exempla. Nam 1.) olim in Republ. Rom. Esculenta & Poculenta, quæ xeniola appellabantur, Proconsuli vel Præsidi in Provinciam cui regendæ præfectus erat, primum adveniēti donabantur, l. 6. §. 2. ff. de Off. Procons. ubi Dn. Brunnem. n. 9. & l. 18. de Off. Præsidi. Magnif. Dn. Præs. in *Dicastic. concl.* 20. §. 33. ad œconomiam eò melius instruendam, Dn. Stryk. de *J. Sens. Diss.* 6. c. 4. n. 41. fin. quæ ipsis etiam accipere licebat, si modum donata non excederent, sed intra proximos dies consumi poterant, d. l. 6. & 18. Caterùm minime ipse Præsides aut Proconsul talia exigere, multò minus successor ejus ex hac liberalitate ad exigenda ea Jus ullum sibi vindicare poterat, l. 1. C. Theod. ne damn. Provinc. inflig. ubi Jac. Gothofred. Dn. Stryk d. l. n. 48. fin. add. Pithœus in *Annal. in Concess. Hispan. Fact.* pag. 429. 2.) Germanos Veteres ultrò ac viritim Principibus obtulisse armenta vel fruges & honoris causa & necessitatibus subveniendis, Tacit. Germ. 15. 3. refert, qui mos etiam sub Imperatoribus Germanicis postea observatus fuit, vid. Lehmann. *Chron. Spir.* lib. 2. cap. 39. pr. Comitibus quoq; qui certæ Provinciæ regendæ ab Imperatoribus Germ. præficiēbantur, dona annua ex *Victualibus* spontè oblata, vid. capit. *Franc.* l. 5. c. 83. Lehmann. 2. *Chron. Spir.* 17. p. m. 87. 3.) Principibus sub initium Regiminis aut prima vice civitatem suæ ditionis, quin imò & aliam civitatem in signum territorium suum intranti itemq; Legatis aut Officialibus primoribus transeuntibus vinum, quod ideò honorarium vocatur, Isidor. [20. *Etymol.* 3. carnes & pisces aliaq; *Victualia* ex more ubiq; recepto offerri solent, Nobiliss. Dn. Stryk. de *J. Sens. Differ.* 6. c. 4. n. 42. Ritter. de *homag.* c. 7. n. 182, Joh. Limn. ad *Aur. Bul.* cap. 1. §. 3. Obs. 1. Camill Borell. *conf.* 1. n. 62. Chassan, in *Consuet. Burgund. rubr.* 1. §. 4. n. 8. verb. *secundò dicit.* &c.

Quod ad beneficæ præstationes ac donationes ex *Victualibus*, quæ

1

bus, quæ

- bus, quæ à Principibus & Magistratibus conferuntur in Subditos, earum exempla benè multa Jus nostrum Romanum Monumenta itidem Historiarum exhibent. Talis donatio in Republ. Rom. fuit
- 11 1.) Annona illa, quæ populo alendo gratuito exhibebatur, quam in rem provinciales frumentum, oleum, porcina & bubulam conferebant, *t. t. C. de Can. frum. Urb. Rom. lib. 15. ubi Cujac. & t. t. C. Theod. de Annon. Civ. Symmach. 6. Epist. 12. 14. & 26. quæ & frumentatio dicebatur, Novell. 30. c. 8. pr. Sveton. August. c. 40. add. c. 42. Lips. 1. Elect. 8. Hillig. ad Donell 16. 15. L. omnino Dn. Struv. Diff. de Annon. tb. 4. & 5. ibiq; alleg. & tb. 11. ubi de modo dividendæ hujus annonæ, add. Novell. 88. c. 2. Postea & vinum gratuito datum, Vopisc. in Aurelian. Dn. Struv. tb. 12. Sub Imperatoribus Græcis ad Exemplum Urbis Rom. Populo & Constantinopolitano & Alexandrino itidem Annona gratuita exhibitâ fuit, vid. t. t. C. de Frum. Urb. Constantin. & t. t. d. Frum. Alexandr. lib. 11. ibiq; Cujac. huc pertinet etiam Victus quotidianus, qui apud Græcos in Prytaneo benemeritis de Republ. publicè præbebatur, Cic. lib. 4. Rhetor. ad Herenn. Aristot. 2. Polit. 8. Liv. Dec. 5. l. 1.*
- 12 Dionys. Halicar. l. 2. Antiquit. Rom. 2.) Panes gradiles, qui populo curâ Præf. Urb. & Annonæ dabantur, *rubr. tit. & l. 5. C. Theod. de Annon. civ. & pan. grad. Vocantur panes gradiles à gradibus, qui in una quaq; Urbis regione erant ad pistrina, Cujac. ad l. 1. C. de cond. in pub. horr. lib. 10. & in Amphiteatro Romano, per quos ascendebatur ad Tribunal. Præf. Annon. in illisq; populo dividebantur, Dn. Strauch. Diff. Acad. 1. c. 6. §. 4. fin. de hisce panibus gradilibus latè agit Dn. Struv. laud. Diff. de Annon. tb. 6. ibiq; alleg.*
- 13 3.) Congiarium, i. e. munus ex frumento vel aliis *Victualibus* quod à Principibus Romanis plebi frequenter dabatur, Alex. ab Alex. lib. 5. c. 24. vid. Sveton. in August. c. 41. & 42. Plin. Paneg. c. 25. & 26. ibiq; Lips. in Not. Cujac. 10. Obs. 37. fin. & 21. Obs. 7. Schard. Lex Jur. b. v. f. 248. Schild. ad Sveton. p. 409. & 782. Differabat a. ab Annona illa & frumentatione publica, de qua n. preced. it. quod docet Lips. in Not. ad Paneg. Plin. c. 26. p. m. 86. 4.) Donarium seu donativum, quæ est similis collatio rerum *Victualium*, (uti congiarium, quod plebi exhibebatur,) quæ ab Imperatoribus Rom. ultra stipendium militibus liberalitatis causa fiebat, ut magis illis

gis illis essent addictit, Plin. *Paneg.* c. 25. cujus mentio passim oc-  
 currit *ap.* Tacit. *vid.* Freinshem. *Indic. aliosq. Rei Rom. Scriptores,*  
 Schard. *in Lex. Jur. V. Donarium & V. Perisseuma*, *ibiq. allegat:*  
 5.) Vini effusio in introitu primo Principis in Civitatem, quæ ex 15  
 certo Vase fluit ac à plebe diripitur. Exemplum *vid. ap.* Lehman.  
 4. *Cbron. Spir.* 23. p. m. 378. & hoc præsertim in Victoriolo prin-  
 cipum ingressu in Civitatem expugnatam usitatum, quod & Sere-  
 niss. Elect. Brandeb. in ingressu expugnatæ Civitatis Stetin. obser-  
 vasse, Novellæ nos docuere. 6.) Bos ille assatus farctus, porco, ove, 16  
 hinnulo, anatibus, perdicibus, pavone, turdis, ansere, Gallinis, qui  
 in Curia solenni Imper. Rom. præparatur, & postquam Sereniss.  
 Elector Bavar. Archidapifer particulas quasdam de illo ad men-  
 sam Imperatoris detulit, reliquum multitudinis direptioni per-  
 mittitur, Joh. Linm. *ad A. B. c.* 27. §. 4. *Obs.* 5. 6. 7. 7.) Feudum 17  
 Soldatæ, 2. F. 10. *fin.* quò non solum pecunia, sed & certa res con-  
 sumtibilis, v. g. Annona, vinum, quotannis alicui gratuito ad vi-  
 tam datur, Dn. Struv. *Synt. J. Feud. c.* 4. *th.* 18. n. 4. Dn. Stryk. *Ex.*  
*Jur. Feud. c.* 4. *qv.* 46. Item feudum de Cavena, 2. *Feud.* 1. *fin.* & 58.  
*pr.* ubi ex cella, horreo aut Penuario Principis certi redditus fru-  
 ctuum, vini vel frumenti quotannis ad dies vitæ alicui præstatur,  
 Gujac. 2. F. 1. Dn. Struv. *d. th.* 18. n. 3. quod à feudo Soldatæ spe-  
 cialiter sumto differt, *vid.* Dn. Stryk. *d. l. qv.* 51. Panes quoq. civi-  
 les, (*de quibus mox n.* 40.) in feudum dari posse tradunt, *Zas. de*  
*Feud. p.* 4. n. 144. *seq.* & Sonsbeck. *de Feud. p.* 8. n. 25. allegati à  
 Dn. Struv. *Dissert. de Annon. th.* 13. Pertinet & huc Feudum ex De- 18  
 cimis Ecclesiæ Laicis datum de quo *vid.* Magnif. Dn. Præs. ad  
 Lancellott. *Inst.* 2. 26. §. 16. & 17. p. 612. & 613. & aliæ donatio-  
 nes & liberalitates, quæ ex Victualibus vel in clientes, vel pares  
 conferuntur, uti 8.) Convivia illa solennia, puta Nuptialia, it: die  
 Gevatter Essen/it: quæ ab iis præstantur, qui Magistratum ineunt,  
 die Kath's Essen/Plin. Jun. 10. *Epist.* 117. item in Academiis, quan-  
 do honorum gradus certis personis conferuntur, ubi etiam pran-  
 dia exhibentur. Deniq. & convivia Opificum die Meister Essen/ 19  
 imprimis v. Sportulæ apud Romanos usitatis, i. e. stipes illæ ex  
 cibus, & prandia ac cœnæ, quas Potentiores clientibus, affeclis &  
 stipulatoribus, suis hujus officii nomine præstabant, Schard. *in Lex.*  
*Jur. V.*

- Jur. V. Congiarium & V. Sportula*, Cujac. *ad tit. C. de Sport* 41. & hæ largitiones cap andæ & alliciandæ multitudini factionisq; parandæ causa insti uebantur, Buchner. *in Not. ad Plin. Jun. 10. epist. 117.* Cæterum hæc omnia Convivia quantum fieri potest re-
- 20 stringenda, maximèq; luxus illorum cohibendus. Nec excludendæ etiam à classe beneficatarum præstationum Epulæ à Regibus aliisq; Principibus etiam universo populo gratis exhibita, quarum Exempla ex Sacris & Profanis peti possunt, *vid. 2. Sam. 6. 19. Plin. 14. H. N. 15. Athen. l. 4 c. 6. Plato in Alcibiad. Jul. Capitolin. in*
- 21 *Vit. Pertinac* Stuck. 1. *Antiq. Conviv. 20.* Referri & huc potest 9.) Dos ex Victualibus constituta, uti olim ap. Germanos boves & frenatum eqvum maritum uxori in dotem obtulisse Tacit: *Auctor est, Germ. 18. 3. qvin & in Jure Rom. Gregem ovium, l. 7. §. 9. ff. sol. matrim. it. panes civiles in dotem datos fuisse, constat l. fin. §. 2. pr. C. de J. dot.*
- 22 Sequuntur nunc præstationes *Victualium* onerosæ & necessariae, quarum ordinis gratia tres Classes constituo. Prima Clasfis consistit in *Hospitatura* seu uti hodiè vocari solet *Albergaria*, i. e. in exhibitione & subministracione non tantum hospitii sed & Vi-
- 23 ctus ac potus Quod onus 1. *vel Principi à Subditis* præstandum, uti olim Imperatoribus Germanicis in Italiam Imperii causa proficiscentibus *Victualia* omnis generis sive cibus ac potus pro mensa ipsorum ac ministrorum instruenda, tum & pabula pro eqvis Status Regni Italici gratis quamdiu in districtu illorum Imperator commoratus fuit, suppeditare tenebantur, uti ex Otton. Frising. *l. 1. de Gest. Frider. c. 12. & Sigon. l. 7. de Regn. Ital. in fin.* probat nunquam satis laudandus Lehmann. *in Chron. Spir. l. 2. c. 44. p. 188. l. 4. c. 2. fin. l. 5. c. 33. p. 461. fin. & c. 67. p. 539. add. Diss. inaug. Frid. Binder. de Jure Albergar. concl. 4. b. c. Argentorat. anno 1668. habit.*
- 24 quod genus præstationis, tributum, item fodrum, parata & Mansionaticum appellatum fuit, Lehmann. *d. l. 4. c. 2. fin. Cujac. l. 5. Feud. T. 3. Oper f. 761.* Et hujus rei cura ad Mansionarium den Reise Marschall oder Hoff Surierer spectabat, Hincmar. *Epist. 3. cap. 2. 3.* Leh-
- 25 mann *Chron. Spir. l. 2. c. 13. fin.* Qvin imò non Imperator tantum ipse, ac qui in Comitatu ejus præsentés fuere, sed missi ab eo seu legati hoc modo hospitio excipiendi ipsisq; ac Jumentis ipsorum
- Victualia*



*Victualia* præstanda fuere, ad modum scil. in Tractoria ab Impē-  
ratoria ipsis data, i. e. diplomate, ubi loci adscripti, quibus sumtu  
publico ali debebant, commeatus etiam ipsis præstandus definitus  
erat, uti ex Capit. Car. Magni latè probat Lehmann. *Chron. Spir.*  
*l. 2. c. 10. § 44 p. 187, add. t. 1. C. de tractor. & Stativ. lib. 12. ibiq. Cujac.*  
*f. 507.* nec regulariter ab hac præstatione quis immunis erat, nisi  
ex speciali privilegio Principis, vid. Lehmann. *Chron. Spir. l. 4. c. 22.*  
*pag. 365.*

Quæritur hac occasione an & alii Principes per ditiones suas <sup>26</sup>  
proficiscentes à Subditis exigere possint, ut *Victualia* ipsis gratis  
præbeant? Quod regulariter negatur *arg. l. 4. pr. ff. de Off. Procons.*  
*ubi Gothofr. arg. l. 3. C. de erog. milit. ann. lib. 12.* nisi profectio sit in  
utilitatem subditorum suscepta, Dn. Brunnem. *add. t. C. n. 7.* ho-  
die tamen Jus Albergariæ superioritati territoriali annexum cen-  
setur, contra Jus commune Klock. *T. 1. Conf. 10. n. 264. seq. ibiq. alleg.*  
*vid. di&. Disp. Argentorat. de Jure Alberg. concl. 6. seqq.* Sanè in <sup>27</sup>  
Electoreto nostro subditi quidem *Victualia* præstare coguntur,  
quoties Sereniss. Elector. per Ditiones suas proficiscitur, non ta-  
men gratis, sed justo pretio quod ipsis pro *Victualibus* ex Frafe-  
ctura cui subsunt exsolvendum est, *vid. Ehrst. S. M. Erled. de an-  
no 1661. tit. Cammer und Renthsachen / §. 28. & Resol. Grav. de anno  
1603 §. als uns auch.* Exercent etiam hoc Jus Episcopi & eorum <sup>28</sup>  
Archidiaconi ob Visitationem Ecclesiarum, quæ Diocesi ejus sub-  
sunt, quod Procuratio vocatur, *inc. cum venerabilis 21. X. de Censib.*  
Dn. Strauch. *in Amœnit. 7. Canon. Semestr. 2. eclog. 8. cap. 4. item Ma-  
gnif. Dn. Præs. ad Lancelott. l. 2. tit. 21. §. 7. seqq.* Huc referri posse <sup>29</sup>  
videntur & prandia illa & cœna, quæ Commissariis Principum,  
itemq; etiam ordinario Judici, qui e.g. in pago aut oppido à loco  
habitationis suæ remoto Jus dicenti aut ratione officii aliquid ex-  
pedienti à partibus litigantibus ad quorum instantiam profectio  
suscipitur, exhiberi debet, Magnif. Dn. Præs, *in Dicastic. concl. 20. §.*  
*36. ibiq. cit. de consuetudine contra Jus commune vid. c. milita-  
re 13. qu. 1. & capit. cum ab omni X. de Vit. & hon. Cleric. Klock. d.*  
*Conf. 10. n. 279.* quo etiam spectant Judicia illa pagana die Ehege- <sup>30</sup>  
richte / Capit. &c. ubi sæpius Rustici magnam pecuniæ summam ad  
apparandum convivium impendere coguntur, sic ut ponderato

utrinq; commodo & incommodo horum Judiciorum dubitare liceat, num ea Reipubl. utilia an nociva magis sint.

31 vel II. à Principe subditis in residentia aut alia civitate ad mandatum illius comparentibus, quamdiu ibi hospitantur, victus exhibetur. Quemadmodum (1.) in Conventibus Provincialibus Statibus illius Provinciae pro cuiusq; dignitate ex more antiquitus recepto ut & famulis ac equis ipsorum victus vel in natura exhibetur, vel certa pecunia eò nomine praestatur, *vid. Illustris & Excellentis. Dn. de Seckendorff/in teutscher Fürsten Staat/ 2. 4. 9.*

32 p. 77. Similiter & (2.) in Electoratu nostro Nobilibus Ambtsassis, quotiescunq; in Praefectura ad publicationem Mandati Electoralis, ad Investituram Praefectorum, aut alias utilitatis publicae causa comparere tenentur, ex redditibus Principis dimidius florenus praestari debet, *vid. Resol. Gravam. Prov. Elect. Sax. de anno 1612. tit. Kammer und Renthsachen/ §. 38. quod & repetitum in der N. Erled. de anno 1661. eod. tit. §. 16.*

33 vel III. ab equalibus inter se hospitatura gratuita exhibenda est, quo referri possunt hospitaliones Opificum, die geschenkten Handwercke / ubi famulis Opificum peregrinantibus denen wandernden Gesellen / à Juniore civitatis illius Magistro aut etiam prout aliter receptum ab alio hospitium & Victus ad unum diem noctemq; gratis praestari debet.

34 Secunda Classis onerosarum & necessariarum praestationum ex Victualibus consistit in pensitationibus illis, quae ad ordinariam sustentationem & alimentacionem certarum personarum conferuntur. Ejusmodi generis I.] Reditus illi Principum aliorumq; Dominorum mediatorum, quos in Victualibus percipiunt, uti jam olim in Romano Imperio frequens fuit annonaria collatio, i. e. tributum frumenti, vini, aliorumq; fructum, *vid. t. t. C. de Annon. & tribut. lib. 10. add. l. 9. C. de suscept. & Arcar. lib. 10. §. 1. C. de praeser. 30. ann. l. 1. §. 2. & l. 18. §. 8. ff. de Mun. & hon. Hodiè in omnibus ferè Principatibus ac Feudis etiam nobilibus ejusmodi reditus sunt usitati, uti, das zinsgeträide/ quod de unoquoq; praedio aut agro rustico in certa quantitate quotannis praestatur, *vid. Besold. Thes. Pract. V. Beth. add. Chursfl. & Resol. Gravam. Provinc. de anno 1612. tit. Kammer und Renthsachen / §. 24. & de anno 1661.**

1661.

§ 661. eod. tit. §. 20. quibus locis constitutum ne subditi frumentum optimum, sed quale ipsis provenit præstare, nec illud ad domum Praefecti deferre cogantur, utq; Praefecti illud ab unoquoq; individuo nec à tota universitate in una summa simul & semel præstando exigant, multò minus subditos cogant ad illud etiam conferendum; quod ex prædiis desertis & desolatis præstari debet. 2.) Præter frumentum & alia *Viſtualia* præstari in certo numero, 36  
mensura aut pondere solent, sc. Anseres, Anates, Gallinae, Capones, Oves, Vaccae, Butyrum, Caseus, Ova, Sal, Haleces, Aromata, Farina &c. *vid. Excellentiss. Dn. de Seckendorff / in Teutscher Fürsten Staat / 3. 2. 5. v. es pflegen auch &c. p. 346. Besold. Thes. Pract. V. Henne.* Tales autem præstationes originem in Germania nostra videntur habere à Servitute olim usitata, uti ex Goldast. *T. 1. Alem. Rer. & Vadian. de Monast. & Colleg. Germ. f. 75. docet Lehmann. 2. Chron. Spir. 20. p. m. 98. nonnunquam 3. ] etiam Dominis tempo-* 37  
*ralibus decimæ Viſtualium* certorum præstantur, *vid. Landt. lib. 2. art. 48. quod præsertim in fructibus agrorum & hortorum obtinet, vid. illustris Dn. de Seckendorff. d. l. p. 348 v. endlich geneset &c. Besold. Thes. Pract. V. zehendt Mart. Mag. à Schönberg. de Advocat. Armat. l. 7. n. 213. quale genus præstationis in Republ. Judaic. Regi præstari solitum fuisse patet ex 1. Samuel. 8. 15. undè & decimæ distinguuntur in ecclesiasticas & seculares, de quibus vide eruditè agentem Magnif. Dn. Rhet. ad 1. Feud. 6. §. 1. v. secundum hoc n. 16. seqq. p. 274. huc & pertinent decimæ quas Princeps in Episcopatibus secularis percipit & mensæ suæ incorporat, Dn. Rhet. d. l. n. 19. seqq.*

II.) Salaria Magistratum & Officialium, quemadmodum jam olim 38  
in Republ. Rom. omnibus Judicibus, Magistratibus & Consiliariis eorum certæ Annonæ, i. e. panis, vinum, oleum, liqvamen, laridum & alia quibus vitam toleramus, item capita, i. e. pabula eqvorum, mulorum & Camelorum, loco salarii constituta erant, *vid. l. i. C. de Annon. & Capit. administrant. ibiq; Cujac. in wapa. Dn. Præsès in Dicastic. concl. 20. §. 36. solebant autem præstari hæc* 39  
*species ipsæ seu in natura ut loqvuntur, postea v. ad certa pretia redacta, quæ eò nomine Officiales pro speciebus consequebantur, d. l. un. C. de Annon. & Capit. ubi Dn. Brunnem. n. 3. huc omninò* 40  
perti-

pertinent panes civiles i. e. certi redditus, qui in frumento aliisque  
 annona omnibus scholis, quæ sub dispositione Magistri Officio-  
 rum loco salarii præstabantur, t. t. C. de Annon. civ. lib. 11. ubi Cu-  
 jac. f. 359. Dn. Struv. Dissert. de Annon. th. 13. item Annona Profes-  
 sorum, vid. l. 9. C. de Profess. & Med. Casiodor. 9. Var. Epist. 21.  
 41 Juret. ad Symmach. 1. epist. 73. Hodie Magistratibus & Officialibus  
 quidem salaria regulariter in pecunia constituuntur, non infre-  
 quens est tñ. quod & certa *Victualia* simul ipsis assignentur, quod  
 maximè obtinet in Salariis & præmiis Pastorum Ecclesiæ & Custo-  
 42 dum seu Aedituorum in pagis. His enim 1. certi panes quotannis  
 præstantur, de quibus in Ordin. Eccles. D. Augusti Elect. Sax. Glo-  
 riosiss. Artic. Gen. 40. §. damit sich auch &c. constitutum, quod  
 pondere & qualitate correspondere debeant panibus parochiano-  
 rum pro se familiaque pistis, Dn. Carpz. l. 1. Jurispr. Consist. def. 102.  
 43 & 103. 2.) ad Convivium, quod post baptismum paratur, ju dem  
 Gefatteressen / Pastor ac Aedituus, nisi consuetudo in contrarium  
 adsit, invitari debent, Dn. Carpz. l. 1. Jurispr. Consist. Def. 120. aut  
 nisi hoc fiat, honorarium pro eo exsolvi debet, Carpz. d. l. Def. 121.  
 quæquam nonnullis in locis honorarium ipsis exhibeatur, insu-  
 perque etiam ad Convivium illud vocentur. Idemque mos in convivi-  
 is nuptialibus quibusdam in locis obtinet, ubi Pastor & Aedituus  
 convivio illi gratis intersunt, alibi aedituo seu Ludimoderatori  
 certa pars cibi ac potus, eine Braut Suppe oder bescheiden Essen/uti  
 44 vocatur, præstari solet. 3.) Decimæ Pastoribus & Ludimoderatori-  
 bus in pagis loco salarii ut plurimum solvuntur, non quidem  
 semper in decima parte, sed in ea quantitate, quæ consuetudine,  
 Statuto aut conventionem definita est, Dn. Carpz. l. 1. Jurispr. Con-  
 sist. def. 125. Præstantur autem sunt in eo frumento, quod in cujus-  
 que agro provenit, so gut es einen ieden gewachsen / Ord. Eccles. Elect.  
 Sax. Artic. general. 21. & 23. modio non cumulato, sed hostorio  
 æquato, mit gestrichenen Schöffel / Dn. Carpz. Def. 126. & 127. &  
 45 præstantur Decimæ de omni frumento, secali scil. hordeo, tritico  
 & avena, d. Ord. Eccles. artic. 21. Dn. Carpz. Def. 131. itemque de ali-  
 is agrorum fructibus, puta rapis, cepis, brassicis, oleribus, pistis  
 & similibus, Dn. Carpz. Def. 133. quandoque etiam ubi expressè re-  
 ceptum de fructibus arborum, pomis, pyris, &c. Carpz. def. 134.  
 Cate-

Ceterum hæc præstatio ubiq; non eadem, sed hic plus, alibi minus solvi solet, ac proinde cujusq; loci consuetudo imprimis attendenda, Carpz. d. Def. 134. n. 5. qvin & quantitas decimarum in Matricula Consistorii, in wiedenbuch plerumq; expressa est, conf. de Decimis plura tractantem Magnif. Dn. Præs. ad Lancellot. Inst. l. 2. tot. tit. 26.

III.) Salaria Militum apud Romanos; His n. præter pecuni- 46  
am etiam *Viçtualia* dabantur, quò scil. victus ipsis suppeteret, nec  
cogerentur inopia ad rapiendum aut delerendum, quæ præstatio  
*Viçtualium*, vocabatur annona militaris & expeditionalis & con-  
sistebat in pane buccellato, vino, aceto, larido & carne verveci-  
na l. 1. & t. t. C. de Erogat. milit. Annon. lib. 12. ubi Cujac. Dn.  
Strauch. Diff. Acad. 1. c. 6. §. 4. add. Cujac. ad l. 1. C. de Re milit. Grot.  
in Spars. Flor. ad Jus Justin. ad tit. C. de Annon. & Trib. p. 323. De  
modo transferendæ hujus annonæ ad exercitum, item de onere  
coqvendi panis buccellati, vid. d. t. de erog. milit. annon. & tit.  
seq. de Excoct. & transl. milit. annon. ubi Dn. Brunnem. add. Dn.  
Struv. de Annon. tb. 14. & 15. Hodiè militibus nostris ordinarium 47  
stipendium in pecunia numerata constituitur, raroq; simul anno-  
na additur, aut si præbetur plerumq; de salario pecuniario tantum  
detrahitur ipsis, quantum in Annona consecuti sunt. Quid in Sta-  
tuum Imperii Vasallis & subditis militantibus wenn das Landvolck  
und Ritterpferde auffgebothen werden / hoc casu obtineat, docet  
Illustris Dn. de Seckendorff in teutscher Fürsten Staat / 2. 10. 9. n.  
8. conf. Dn. Carpz. p. 2. C. 28. D. 18. Nobilif. Dn. Rhet. Comment.  
ad 1. Feud. 21. v. non servierit, n. 1. seqq. p. 445. An v. militibus trans-  
euntibus ditionem *Viçtualia* gratis debeantur, vide negativè deci-  
dentem Disp. de Transit. Milit. Præs. Dn. Stryk. habit. M. 2. S. 4. n. 5.  
seqq.

Hoc tantum monendum, quod Rusticis castra Dominorum 48  
suorum custodientibus ac excubias ibi agnentibus, (qui hoc casu  
militum vices agunt,) caseus & panis à Domino debeatur, quia  
nemo suis sumptibus militare tenetur. 2. Feud. 107. L. 10. §. 9. ff.  
mandat. nisi consuetudine aliter introductum, vid. Const. Elect.  
Sax. 51. p. 2. ibiq; Dn. Carpz. def. 5. Dn. Mylet. ab Ehrenb. de Stat.  
Imper. p. 2. c. 78. §. 8. ibiq; relat.

K

IV)

49 IV.) Salaria famulorum ac Ancillarum, quibus hodiè non tantum pecunia certa mercedis loco datur, sed & victus quotidianus insimul praestatur, *vid. Ord. Pol. Nov. Elect. Sax. tit. 23. c. 6.* Mercenariis quoque aliis victus quandoque una cum pecunia praestatur, qui tamen in mercedem ipsis imputatur, cumque ita vel auget, vel minuit, *Ord. Pol. Elect. Sax. d. l. c. 7.* Caeterum operariis aliisque Opificibus nec cibum nec potum ultra mercedem constitutam exigere licet, nisi quando domus noviter praeparata erigitur, wenn das Haus gerichtet oder gehoben wird / ubi cerevisia ipsis praebetur, insuperque labore peractò prandium exhiberi solet, *Ord. Pol. Sax. Elect. d. tit. 23. cap. 9.*

51 V.) Victus incarceratorum pauperum, quamvis enim captivi regulariter victum sibi comparare teneantur, *Dan. Moller. 1. Semestr. 36.* Paris de Puteo *Tract. de Syndic. v. incarceratus*; si tamen tanta sit illorum inopia, ut se ipsos exhibere nequeant, tunc Magistratus loci, qui captivum tenet, ac via inquisitionis procedit, eidem victum suppeditare debet, *arg. l. 9. C. de Episc. Aud. Dn. Carpz. Pr. Crim. quest. 138. n. 22* qui vero ad instantiam alicujus incarceratur, ab eo alii debet, qui illum incarcerari fecit, *Matth. Coler. p. 2. Decis. 28. n. 1.* Idemque circa Victum Minitatoris carcerati obtinet, *Ord. Crim. Car. V. art. 176.* Dn. Carpz. *Pr. Crim. qu. 37. n. 96.* de Victu decoctoris incarcerati *vid. Carpz. p. 2. C. 22. D. 22.* Priusquam vero finem huic secundae Praestationum Classi imponamus, quaestiones nonnullae enodandae veniunt, ubi 1.) quaeritur, si *Vi-tualia* tanquam pensio debentur, an semper in specie sive in natura uti loquuntur, praestari debeant? Quod affirm. nec una pro altera solvi potest, e.g. frumentum pro pane, *l. 1. C. de frum. Urb. Constant. lib. 11. ibiq;* Cujac. *Christin. V. 5. decis. 76. n. 23. seqq.* Coler. *de Alim. l. 2. c. 2. n. 59.* cuius rei haec ibi assignatur ratio, ne aliquin si frumentum erogetur non panis, ille cui species debentur, eas in alios usus convertat, ac postea cogatur panem sibi emere, quem alias vendere potuisset, Dn. Brunnem. *ad. d. l. 1. n. 5. § 7.* undè nec privilegium à Principe impetratum, quibus commutatio specierum permittitur hoc casu valet, sed impetrans in duplum condemnatur, *l. ult. C. de Can. frum. Urb. Rom. lib. 11. ibiq;* Cujac. & Dn. Brunnem. *n. 3.* Quaeritur 2.) an pretium pro specie *Victualium*

lium debita dari possit? Quod regulariter negatur, certis tñ. casibus  
puta si species illæ non sint in promptu aut de justò eorum pondere,  
mensura aut qualitate lis oriatur, æstimatio Judicis arbitrio con-  
stituta, loco illarum præstari potest, Dn. Carpz. l. 1. *Jurispr. Con-*  
*sist. def. 104.* Sed num 3.] versa vice ille cui Victualia debentur, loco 54  
illorum pretium exigere potest? Sanè si alternativè aut *Victualia*  
aut pretium debeantur, dubium non est quin id licitè petatur. Ex-  
tra hunc casum v. regulariter uti nec speciem pro specie, ita nec  
pretium pro specie exigere potest ille cui debentur, l. 7. *C. de erog-*  
*gat. mil. ann. ubi* Cujac. & Dn. Brunnem. *ad h. t. n. 24. ibiq; cit.* Si  
tñ. species illæ certo pretio fuerint taxatæ, sive ut jura loquuntur  
adæratæ, tunc non ipsæ, sed pretia duntaxat debentur, quæ nec ab  
accipiente immutare licet, l. 13. 14 & 15. *C. d. t. ubi* Cujac. *Quær.* 55  
4.] si quis Fisco frumentum, oleum, &c. & in genere ex causa an-  
nonaria debet, atq; ideò convenitur an compensationem oppo-  
nere possit? Quod neg. propter utilitatem publicam & annonæ  
necessitatem, l. 17. & 20. *ff. de Compensat. l. 3. & 7. C. eod. l. 46. §. 5.*  
*ff. de Compensat.* Dn. Strauch. *Dissert. ad Jus Univ. 17. apb. 10* Dn.  
Struv. *Dissert. de Annon. tb. 10. & 19 Exercit. 21. tb. 23. n. 3.* Hillig.  
ad Donell. 16. 15. *L. & ab his allegat. Quær. 5.)* an si *Victualia* per 56  
certum locum transportantur, ubi vectigal aut teloneum præstan-  
dum, si ea non solvantur, transseuntes cogi possint dolia aperire,  
& ex illis partem loco vectigalis solvere? quod post Hen. Göden.  
*Conf. 7. & 8. negat* Schneidewin. *ad §. 13. §. de L. Aquil. n. 3.* Mar-  
quard. *de Mercat. l. 2. c. 3. n. 52.* nequaquam v. dolium aqua rursus  
replere licet, hic enim modus corruptionem totius rei inducit, de  
quo teloneum præstandum, quod semper tñ. ita exigendum, ne  
res in totum intereat, Dn. Stryk. *de 7. Sens. Diff. 6. c. 4. n. 19.* Non 57  
dubito tñ. quin transportantes *Victualia* cogi queant, ut partem  
illorum vendant, & de pecunia redacta vectigal solvant, aut eti-  
am merces tamdiu detineri vel deniq; integra pars aut dolium in  
vicem pecuniæ capi, conf. Klock. *de Contrib. c. 18. n.* quanquam  
ad ejusmodi executionem ex abrupto non facilè deveniendum ea-  
que semper ita temperanda, ut præcedente causæ cognitione &  
decreto Judicis ordinarii prius proclama præcedere & terminus  
ad solvendum debitoribus indulgeri debeat, *vid.* Dn. Carpz. 4.  
*Resp. 77. n. 5, 6.*

58 Tertia deniq; Classis præstationum in *Victualibus*, consistit in *multa exsolutione*, qualis olim apud Majores nostros usitata erat, ubi homicidium certo armentorum & pecorum numero luebatur, teste Tacit. in *Germ.* 21. 2. Sed hodiè quantum recordor nulla multa ex *Victualibus* usitata est, nisi quodammodo huc referre velis, quando *Victualia* in commissum cadunt, aut aliàs fisco vindicantur, veluti cum famuli & mercenarii vagabundi agros sub hac conditione colendos aut generaliter certas operas conducunt, ut loco mercedis dimidia aut tertia pars segetum aut certus pecudum numerus præstetur, der zur helfte säen / oder über ihren Lohn eine gewisse anzahl Vieh nebenst ihres Herrrens auffziehen / ubi Jure Sax. Elect. una pars fisco cedit, altera ad pios usus impendenda, vid Ord. Pol. Nov. Elect. Sax. de anno 1661. tit. 23. cap. 1. S. 4. & 5.

## CAPUT V.

### De Consideratione Victualium quoad Successiones & Voluntates ultimas.

#### SUMMARIA.

**J**ure Romano in successione circa *Victualia* nihil singulare constitutum esse. 1. nec Jure Feud. comm. exceptis fructibus. 2. quo Jure separati omnes ad hæredes allodiales pertinent. 3. pendentes a. sub certa distinctione. 4. Jure Sax. Elect. quid circa successione in fructibus industrialibus constitutum sit, exponitur. 5. 6. quid Juris de fructibus naturalibus in specie de piscibus. 7. 8. quid Juris circa fructus civiles. 9. quid obtineat hisce casibus in successione ex Jure singulari, e. g. anno gratia durante. 10. exponitur successio in *Victualibus* ex Jure Provinciali. 11. ubi 1.) de Gerada Nobilium Viduarum, & quanam *Victualia* ad eam pertineant. 12. an idem in Gerada nobilium qua filia aut proxima cognata defertur. 13. 2.) de Morgengaba, quid ea sit & quotuplex. 14. 15. quanam *Victualium* species ad eam referantur aut non. 16. 17. 3.] de Comestibilibus *Mustheil* quid sit & quid in genere ad ea referatur. 18. 19. in specie verò quanam de carnibus



bus 20. *quoniam de leguminibus & fructibus agrorum ac hortorum.* 21. 22.  
*quoniam de poculentis.* 23. *an polenta ad comestibilia referatur.* 24. *an*  
*frumentum saracenicum lupulus & vicia.* 25. *an Victualia illa, quae post*  
*mortem mariti intra trigesimum m. in domum ejus inferuntur.* 26.  
*Vidua de Victualibus consequitur tantum dimidiam & quatenus.* 27.  
 28. *Jus retentionis illi salva dimidia sua ideo competit.* 29. *an dimidia*  
*haec ad Victualia in unius anni usum necessaria restringatur* 30. *Hae* 3.  
*lucra Geradam, Morgengabam & Comestibilia, quoniam vidua no-*  
*bilis consequatur.* 31. *an etiam filia & sorores Nobilium ex bonis ma-*  
*trum & fratrum.* 32. *an Vidua illa nobilis, quae nullam dotem intu-*  
*lit.* 33. *Ex quibusnam praediis debeantur aut non.* 4. 35. *an Vidua ele-*  
*ctio competat lucra haec aut statutariam portionem petere.* 36. *quid si*  
*bona illata repetat.* 37. *an legatum aut aliam rem particularem praeter*  
*haec lucra capiat.* 38. *an etiam vivo Marito aut eo ad inopiam vergen-*  
*te lucra haec mulier nobilis petere possit.* 39. *an Vidua nobilis Geradam*  
*& Morgengabam propria auctoritate ante vel post 30. diem appren-*  
*dere valeat.* 40. 41. *an & Comestibilia.* 42. *an Vidua intra 30. post*  
*mortem mariti decedens petitionem horum lucrorum ad haeres*  
*transmittat & quos.* 43. *an Vidua lucra haec petens in subsidium ad es*  
*alienum mariti de his lucris solvendum teneatur* 44. *quo tempore pe-*  
*titioni horum lucrorum praescribatur.* 45. *ad successionem in Victuali-*  
*bus refertur & precipuum ex bonis proprii hominis domino debitum.*  
 46. *item Legata Victualium de quibus 3. tit. ff.* 47. *Transitio ad se-*  
*quens Caput.* 48.

**E**xponendum nunc venit, quid circa *Victualia* in Successioni-  
 bus & Voluntatibus ultimis obtineat. Et Jure quidem com-  
 muni circa *Victualia* in materia successionis nil singulare  
 constitutum, sed ea cum aliis bonis pari Jure habentur. Nec Jure  
 Feudorum communi singulare quid occurrit, exceptis quae de fru-  
 ctibus agrorum & hortorum tam naturalibus, quam industriali-  
 bus disponuntur, qui cum & ad *Victualia* referenda sint, arg. l. 77.  
*de V.S.* non abs re fuerit, quid circa hunc Articulum quoad illa re-  
 ceptum breviter annotasse. De his 1.) observandum, quod *separati*  
 omnes ad haeres allodiales pertineant, H. Pistor. 1. *quest.* 24. n.  
 38. aliiq; quos refert & sequitur Matth. Berlich. p. 3. *Concl.* 43. n.  
 24. &

- 4 24. & Concl. 45. n. 4. & 8. Quoad pendentēs verò distinguitur, Vafallus ante K. L. Martii an post Mensem Augustum decesserit: Illo casu ad Dominum vel Successorem feudalem pertinent, altero v. casu, defuncto scil. Vafallo iutra K. L. Mart. & Septembr. ad hæredes Vafalli allodiales, 2. F. 28. §. bis conseq. Berlich. d. Concl. 43. n. 25. usq; 46. ubi varias ampliaciones & limitationes habet, Dn. Struv. S. F. c. 15. apb. 16. n. 2. 3. in specie de Vindemiis, n. 4.
- 5 Jure tn. Sax. Elector, paulò aliter constitutum, quod enim fructus *industriales* concernit, illi ex Constit: 32. D. Augusti Elect. Sax. p. 3. omnes qui ex agro sato rastrisq; subacto proveniunt, was die Ege de bestrichen und unterbracht ist / (hæc duo enim conjunctim requiruntur, Dn. Carpz. ad d. Const. def. 10.) non ad Successores feudales, sed allodiales pertinent, Matth. Berlich. p. 3. Concl. 43. n. 47. Dn. Carpz. p. 3. C. 32. D. 1. quod & de fructibus, qui in horto sato & rastrato seu fasso nascuntur, v. g. lactuca, Rapa, aliisq; leguminibus obtinet, Dn. Carpz. Def. 2. Idemq; & aliis casibus uti 1.) in fructibus, in dotalitio Uxori constituto quoad hæredes Mariti, Carpz. D. 3. nec non 2.) si Uxor dotalitio jam fruatur, quoad hæredes ipsius, Carpz. D. 4. item 3.) in Usufructuarii hæredibus, Carpz. D. 5. deniq; 4.) in Marito Uxori succedente, quoad fructus in agro illius satos, ac Mariti hæredibus procedit, Carpz. D. 6. & 7. Quid circa fructus *Vinearum* Juris sit, docet Dn. Carpz. *ibid.* D. 8. & Berlich. d. Concl. 43. n. 61. seqq. Enimverò omnibus his casibus sumtus in rastrationem & sationem impensi, antiqui possessoris hæredibus refundi debent, Carpz. def. 11. seqq. Quod autem fructus *naturales*, illi si à solo jam separati sunt ac percepti, ad hæredes defuncti possessoris indistinctè pertinent, arg. l. 58. & 59. de Usufr. Dn. Carpz. d. C. 32. D. 23. n. 1. 2. Stantes verò & pendentēs sive sint pratorum, e. g. foenum, sive hortorum e. g. poma, pyra &c. semper una cum ipso fundo tanquam pars ejus, l. 44. de R. V. ad novum possorem, non ad defuncti hæredes pertinent, d. Const. 32. p. 3. ubi Carpz. def. 23. & 24. Berlich. p. 3. Concl. 45. n. 13. usq; 17.
- 8 17. Pisces a. in piscina fructificationis causa inclusos modo hæredes defuncti possessoris, modo novus possessor lucratur, prout tempus mortis defuncti magis est Propinquum piscationi, aut tempori quò in stagnum sunt immissi Berlich. d. l. n. 25. 26. Carpz. D. 26. & 27.
- Tandem

Tandem quod fructus *civiles*, v. g. Decimas tam frugum, 9  
quam aliorum *Viſtualium* attinet, illi si 1.) aut Vasallo defuncto  
dies eorum jam cessit, aut 2.) intra tricesimum post mortem ejus,  
aut 3.) paulo post cedat ad defuncti possessoris hæredes allodiales  
spectant, aliàs secus d. Const. 32. p. 3. ubi Dn. Carpz. D. 19. 20. 21.  
Berlich. *Concl.* 44. n. 3. *seqq.* ubi n. 8. hoc & ad quosvis alios pos-  
sessores præter Vasallum extendit. Cæterum hæc Jura ad eum ca- 10  
sum restringi debent, ubi Dominii aut Possessionis absq; ullo alio  
respectu ratio habetur; undè non procedunt in Successione ex Jure  
singulari introducto, e g. si de salario quod in messe, fœno, oleribus  
aliisq; fructibus consistit, quæstio incidat: Hi n. fructus per to-  
tum annum percepti inter novum Pastorem & defuncti hæredes  
pro rata temporis illius anni, quò mors contigit, dividuntur, licet  
ante perceptionem decesserit, Dn. Carpz. l. 1. *Jurispr. Consist. D.*  
172. & 173. idemq; obtinet in Divisione salarii semestris seu tem-  
pore gratiæ, Carpz. d. l. *Def.* 185.

Et hæc de Jure Feudali quoad fructus; nunc in genere Suc- 11  
cessio in *Viſtualibus* quoad Jus Provinciale consideranda. Ubi  
sciendum Jure nostro Saxonico in Nobilium Fœminarum succes-  
sione circa *Viſtuala* varia specialia recepta esse. Debetur n. Vi-  
duæ nobili & bonis defuncti Mariti præter dotalitium 1. *Gerada*,  
2. *Sponsalitia largitas*, die *Morgengabe* / 3. *Comestibilia*, das *Mus-*  
*rheil* / *Const. Elect. Sax.* 33. p. 3. Berlich: p. 3. *Concl.* 28. Dn. Carpz.  
p. 3. C. 34. D. 1. Breviter de singulis. Primum lucrum est *Gerada*: 12  
Hæc quamvis pro ut notissimum est, non nisi mundum mulie-  
brem & res ad illum facientes complectatur, Berlich, p. 3. *Concl.*  
28. n. 4. *seqq.* attamen ad *Geradam* Nobilium insuper etiam anse-  
res, anates & oves fœminini sexus pertinent, Dn. Carpz. p. 2. C. 14.  
D. 24. quæ res utiq; *Viſtualium* numero habentur. Nec refert,  
quod Oves attinet, mulieris propriæ an mariti fuerint, itemq; sive  
in Ovilibus existant, an gregatim pascantur, vel deniq; pro certo  
pretio elocatae fuerint, Berlich. *Concl.* 28. n. 31. *usq;* 48. Dn. Carpz.  
*de Jure Fœmin. sing. decad.* 6. *posit.* 2. n. 22. Fœtus autem ovium  
post mortem mariti ante divisionem adhuc editi, nulla sexus di-  
stinctione ac ratione habitâ viduæ cedunt, Dn. Carqz. d. p. 2. C.  
14. d. 23. & *de Jur. Fœmin.* d. l. n. 25. *seqq.* Cæterum proxima 13  
Cognat.

Cognata si Geradam petat, minimè oves omnes fœminini sexus, uti uxor, lucratur, sed illas tantùm, quæ defunctæ uxoris propriæ ac marito illatæ fuerunt, Carpz. D. 22. Berlich. d. Concl. 28. n. 39. seqq. quod nec in filia Matri in Gerada succedenti aliter servatur, Berlich. d. l. n. 44.

- 14 I I. Alterum lucrum Viduæ nobilis est *Donatio Matutinalis* seu *Morgengabica*, quæ ab aliis Sponsalitia largitas vocatur, die Morgengabe De qua sciendum hoc loco non intelligi eò nomine illam donationem, quam Sponsus Sponsæ in præmium ereptæ virginitatis ac primi concubitus manè anteqvam ad prandium discumbant, confert, quæ proindè hòc nomine propriè vocatur donum matutinale, Morgengabe / LandtR. lib. 1. Art : 20. Matth. Berlich. p. 3. Concl. 50. n. 14. Dn. Carpz. p. 3. C. 33. D. 20. n. 1. 2. 3. & de Jur. Fœm. sing. Dec. 7. pos. 1. à. n. 1. usq; 16. C. J. A. tit. de J. Dot. tb. 43. & 44. Sed hanc, quæ nobili Viduæ ex bonis defuncti mariti debetur ex singulari Juris Saxonici dispositione LandtR. l. 1. art : 24. quam à priori illa specie prorsus differre nec quicquam cum ea commune habere Jcti Sax. affirmant, vid. post. Hartm. Pistor. p. 1. qv. 43. n. 2. & 10. Berlich. p. 3. Concl. 28. n. 88. 89. 90. Dn. Carpz. de J. Fœm. d. pos. 1. n. 18. usq; 24. à quibus tn. eruditè dissentit Dn. Strauch. Dissert. ad Jus Univ. II. apb. 30. Constat autem hæc Morgengaba ex certis speciebus pecudum, uti patet ex alleg. loc. in LandtR. Siquidem ad eam referuntur pecudes omnis generis, quæ in agris pascuntur, alles feldtgänge Bley/ ut vacca cum Vitulis etiam quæ certâ mercede elocata, die vermietheten und eisernen Rûhe/capra, lues & scrophæ, quibus etiam adduntur eqvæ, quæ curru non dum junctæ fuerunt, sed in campis victitant, Stutten / die tågltich zu feldt lauffen/und die man nicht ordentl. anspannet/licet una alteraq; vice iis Paterfamilias ex necessitate fuerit usus, item præter hæc *Victualia* etiam sepes, omnisq; lignorum materia prædiis extruendis comparata, nondum tn. combinata seu constructa, Berlich. p. 3. Concl. 28. n. 79. usq; 86 Dn. Carpz. p. 3. C. 33. D. 20. & de J. Fœm. d. pos. 1. à. n. 25. seqq.
- 17 Pecudes v. masculini generis non ad Morgengabam, sed ad hæreditatem pertinent, Carpz. D. 21. nisi post mortem mariti ante divisionem procreata fiat, Carpz. def. 22. III. Ter-

III. Tertium lucrum viduæ nobilis sunt *Comestibilia*, quæ 18  
 & alio nomine vocantur cibaria, item esculenta & poculenta,  
 germ. *Mußtheil*/quasi *muß theilen*/ quia vidua cum hæredibus ea  
 dividere cogitur, Land R. lib. 1. art. 22. Dn. Carpz. p. 3. C. 34. D. 2. &  
 cum penu, de quo *tit. ff. de pen. leg.* magnam habent affinitatem,  
 Dn. Stryk. de J. Sens. Diff 6. c. 1. n. 25. Intelliguntur autem hoc no- 19  
 mine omnis generis *Vitualia*, quæ tempore mortis mariti in ejus  
 domum illata reperiuntur, & post trigessimum diem adhuc super-  
 sunt, Dn. Carpz. d. Def. 2. n. 5. 6. Proindè ad *Comestibilia* regulari-  
 ter & nisi Statuto plus minùsve constitutum omnia *Vitualia*, sive  
 cibaria ac potus usui domus & familiæ inservientia referuntur, ut  
 1.) Carnes animalium mactatorum sive salsae sive insulsæ, fumosa 20  
 vel nondum fumosa, idemq; lardum farcimina, gesalzen und un-  
 gesalzen Fleisch/ Speckseiten/ Würste/ Schultern/ Schincken/ por-  
 ci saginati, quamvis nondum mactati, pisces qui non piscinis in-  
 clusi, sed in Ichthyotrophiis in usum domus asservantur. Hechte/  
 Karpen/ groß und kleine auch andere Fische / so nicht in Zeichen/  
 sondern in Kasten und Hältern stehen/ item haleces, deinde omnis  
 generis *edulia* & *legumina*, ex quibus pulmentum apparatus, quæ 21  
 q; ad alios cibos præparandos inserviunt, Butter/ Käse/ Schmalz/  
 Honig/ Salz/ Quarc/ Erbis/ Hirse/ Kraupen/ Bonen/ Grütze. Por-  
 to 2. ]de *frugibus* agrorum frumentum in domo aut horreo reper- 22  
 tum, aut vendendi causa etiam aliò transmissum, item quo agri  
 conferendi sunt, tam triturratum, quam quod in spicis adhuc con-  
 sistit, Korn und Weizen/ so in der Scheune oder uffn Boden aus  
 oder noch ungetroschen ist it: das anderswo zum Verkauf auffge-  
 schüttet/ it: Mohn/ Hanff/ Lein/ Rübesaamen. Deniq; 4. de pocu- 23  
 lentis vinum mulsum, Cerevisia etiam secundaria, has enim omnes  
 enumeratas species ad *Comestibilia* referunt J. C. Sax. relati à  
 Berlich. p. 3. Concl 48. à n. 19. usq; 27. Dn. Carpz. p. 3. C. 35. D. 1. 2. 3. 4. &  
 10. ibiq; præjudicia & C. 34. D. 7. & 8. Idem de Jur Fam. Dec. 7. pos. 2.  
 & 3. add. Dn. Stryk. de J. Sens. d. l. n. 25. C. J. A. ad tit. de Alim. & Cib.  
*leg. 1b. 1.* Polenta etiam ad *Comestibilia* refertur. Das Maltz/ C. J. A. 24  
*d. l.* nisi commercii causa ad vendendam cerevisiam non ad usum  
 domus fuerit comparata, Dn. Carpz. d. Const. 35. D. 8. & 9. Berlich.  
*d. l. n. 34. usq; 37.* Non verò ad *Comestibilia* refertur hordeum, idem 25  
 L fru-

- frumentum faracenicum mola nondum contusum, das noch nicht zu Grütze gemacht/ac lupulus, Const. l. lect. 35. p. 3. ubi Dn. Carpz. D. 5. 6. & 10. C. 7. A. d. 1 sed indifferenter ad res hæreditarias pertinent, sie gehören zum Erbe / nisi consuetudine aliter receptum, Carpz. D. 7. nec viciæ quoq; Wicken huc pertinent, Carpz. *ibid.* D. 3. tandem nec frumentum aliis mutuò datum, Carpz. p. 3. C. 34. D. 6.
- 26 Berlich. D. *Concl.* 48. n. 26. Notandum vero de hisce Comestibilibus, quod 1.) illis minimè annumerantur ea, quæ post mortem mariti, licet intra trigesimum in domum ejus inferuntur, nec de hisce Vidua quicquam lucratur, Const. Elect. 34. p. 3. ubi Dn. Carpz. D. 3. Berlich. p. 3. *Concl.* 47. à n. 2. ad 5. undè nec frumentum, quod tempore mortis mariti in herbis consistit, aut demessum quidem & in fasciculos colligatum nondum tamen in horrea deductum, item vinum in uvis adhuc consistens, & postea demum expressum nomine Comestibilium vidua consequi aut petere potest, Berlich. d. l. n. 7. Carpz. d. l. Def. 4. itemq; obtinet in frumento censuali, quod à Rusticis intra trigesimum post mortem tamen mariti infertur,
- 27 Carpz. D. 5. Finckelthaus. *Obs.* 18. 2.) quod non omnes supra relatæ *Viſtualium* species integræ debeantur, sed Vidua eas cum mariti hæredibus dividere cogatur, ac dimidiam tantum partem de singulis lucretur, Dn. Carpz. de 7. *Fæm.* Dec. 7. pos. 2. n. 10. Const. Elect. 34. p. 3. Berlich. d. l. n. 1. 3.) Quod hæc dimidia tantum de illis debeatur, quæ post tricesimum à morte Mariti supersunt, nec illorum nomine, quæ intra hoc tempus consumpta fuere, vidua quicquam petere potest, Dn. Carpz. p. 3. C. 34. D. 2. & de 7. *Fæm.* pos. 2. n. 3. seqq.
- 29 4.) Quod Viduæ, donec ei Comestibilium nomine satisfiat, Jus retentionis competat, eòq; durante salvâ sua dimidia ex bonis defuncti sustentari debeat, Dn. Carpz. d. C. 34. D. 9. Berlich. *Concl.* 47. n. 9. 5.) Quod dimidia hæc non ad *Viſtualia* in unius anni usum necessaria restringenda sit, sed de omnibus Comestibilibus indistinctè debeatur, in domo mariti post 30. reliquis, etsi plurium annorum victui iufficiant, Const. Elect. 36. p. 3. ubi Dn. Carpz. Def. 1. & de 7. *Fæm.* Dec. 7. pos. 4. Berlich. p. 3. *Concl.* tot. 49.
- 31 In genere autem & conjunctim de hisce tribus Lucris Mulieribus, *Gerada, Morgengaba & Comestibilibus* monendi sumus. 1. ea non nisi Viduis Nobilium genere & familia talium competere, sola enim virtus absq; Nativitate hic non attenditur, Const. Elect. Sax. 37.

*p. 3. ibi von Kltters art/ubi Dn. Carpz. Def. 1. & de J. Fam. Dec. 7. pos.*  
*5. nec Vidua quamvis ipsa Nobilis, si marito ignobili nupfit, ea*  
*consequitur, licet contra mulier ignobilis, quæ marito nobili nu-*  
*pfit, horum Jurium capax sit, Berlich. p. 3. Concl. 28. n. 100. usq. 105.*  
*Carpz. d. l. Def. 2. Hæc omnia tamen pacto dotali aut Statuto alte-*  
*rari possunt, Carpz. d. pos. 5. n. 27. seqq. Tantum igitur Vidua super-*  
*stes hæc lucra consequitur, Const. Elect. 34. & seqq. ibi eine Witt-*  
*frau aus ihres Mannes vermögen/ergò non filia ex bonis defuncti*  
*patris nobilis, neq; mater ex bonis filii nobilis, nec sorores ex fra-*  
*tris defuncti nobilis, quippe quæ ab hac petitione excluduntur,*  
*C. J. A. tit. de alim. & cib. leg. th. 1. n. 2. post med. 2. Vidua nobilis etsi*  
*nullam dotem intulerit, nec dotalitium consequatur, attamen et-*  
*iam in defectu dotalitii ad Morgengabæ, Geradæ & Comestibi-*  
*lium petitionem admittitur, Dn. Carpz. de J. Fam. Dec. 7. pos. 6. &*  
*l. 6. Resp. 58. à n. 10. seqq. 3. Gerada, Morgengaba & Comestibilia*  
*Vidua Mariti nobilis ex omnibus prædiis illius tam feudalibus,*  
*quàm allodialibus, tam si ibi habitaverit, quàm alibi, tam ex illis,*  
*quæ in Territorio Elect. Sax. quàm quæ extra illud sita sunt, item*  
*Feudis tam nobilibus, quàm rusticis indifferenter debentur, Ber-*  
*lich. p. 3. Concl. 28. n. 95 usq. 100. & Concl. 48. n. 11. 12. 13. Dn. Carpz. p. 3.*  
*C. 33. D. 24. & C. 36. D. 3. 4. etiam ex prædiis à Marito tantum condu-*  
*ctis, Carpz. d. C. 33. D. 23. quò casu tamen vidua pensionem ex loca-*  
*to debitam pro rata solvere & Inventarium refarcire obstringitur,*  
*Carpz. d. C. 36. D. 6. & 7. Berlich. Concl. 48. n. 14. non tamen debentur*  
*ex illis prædiis, in quibus Victualia hæc certo usui sunt addicta, ut*  
*pro sustentatione familiae, item Commeatus in Castris & fortali-*  
*tiis, arg. l. 12. de Instr. legat. hoc casu enim immobiliū naturam par-*  
*ticipant, Carpz. de J. Fam. dec. 7. pos. 4. n. 33. seq. & d. C. 36. D. 4. Berlich.*  
*Concl. 48. n. 17. 18. nec ex prædiis vivo marito venditis, Carpz. def. 8.*  
*4. Vidua tali libera competit electio, aut quotam hæreditatis vel*  
*portionem statutariam ommittere, aut hæc lucra petere, Const.*  
*Elect. 37. p. 3. ubi Dn. Carpz. def. 3. & 6. & de J. Fam. Dec. 7. pos.*  
*7. ad utrumq; n. simul non admittitur, sed alterutro horum con-*  
*tenta esse debet, Carpz. def. 4. Berlich. Concl. 50. n. 1. seqq. nisi ali-*  
*ter in Testamento mariti aut pacto dotali dispositum sit, Carpz.*  
*def. 7. nec Jurium horum capax est vidua, si bona illata repetit,*  
37

- 38 Carpz. *def. 5.* rem in. particularum ex testamento, item donatum in Casum mortis, una cum Gerada, Morgengaba & Comestibilibus petere non prohibetur, Carpz *def. 8. & 9.* Berlich. *d. Concl.*
- 39 *50. n. 9. seqq. 5.* Vidua hæc lucra non nisi marito mortuo consequitur, nec eo vivente illa petere potest, Landt. *N. 1. Art. 38. §. Musthell/Berlich. p. 3. Concl. 48. n. 6.* Dn. Carpz. *p. 3. C. 34. D. 10. & de J. Fam. Dec: 7. pos. 2. n. 7. seqq.* in tantum ut nec Marito ad inopiam vergente Concurſu Creditorum ortò, huic petitioni locus sit, ne quidem quod oves geradicas attinet, quamvis alias Gerada tali casu debeatur, *vid. Ord. Process. Elect. Sax. tit 42. §. und weil hierbey licet in Archi-Episcopatu Magdeburg. 40. contra servetur. Dn. Herold. Tr. de Jur. Represent. c. 1. concl 2. n. 72. & 75.*
- 40 *fin. 6.* Geradam & Morgengabam Vidua nobilis propria Autoritate apprehendere potest, post 30. scil. diem demum à morte Mariti, *Const; Elect: 33* ubi Carpz. *Def. 1. & 2. & de J. Fam. Dec: 7 pos.*
- 41 *8.* Berlich *p. 3. Concl. 46. à. n. 1. usq; 6.* quod si ante trigessimam ea occupet, Jus suum non quidem amittit, arbitrariam tñ. mulctam incurrit, insuperq; accepta, mediante Inventario aut Juramento indicare tenetur, Berlich: *d. l. n. 12. seqq.* Dn. Carpz. *d. l. Def. 4.*
- 42 *& 5.* Comestibilia v. nunquam propriâ Autoritate apprehendere potest absq; hæredû voluntate, sed utriusq; consensu viduæ & hæredum ad apprehensionem & divisionem illorum progrediendum, *d. Const. 33. §. So vtel aber/ubi Carpz. def. 3. & de J. Fam. d. pos.*
- 43 *8. n. 12. seqq.* Berlich. *d. Concl 46. n. 7. seqq. 7.* Vidua nobilis intra trigessimam vel postea antequam lucra hæc occupavit decessens, ea nihilominus ad hæredes suos transmittit, Berlich. *p. 3. Concl. 48. n. 42. seqq.* Carpz *p. 3. C. 36. D. 10 n. 1. 2.* hæredes intellige non filias & cognatas proximas tantum, sed proximiores quosvis, etiam masculos, nullò sexus discrimine habitò, Berlich. *Concl-*
- 44 *49. n. ult. C. J. A. tit. de Alimen. & cib. leg. tb. 1. n. 2. fin. 8.* Vidua nobilis Morgengabam & Comestibilia ex bonis defuncti mariti petens in subsidium ad æs alienum ab illo contractum de hisce pro rata exsolvendum tenetur, *Ord. Process. Elect. Sax. tit. 43. §. und weil hierbey/Berlich. p. 3. Concl. 48. n. 38. seqq.* Dn. Carpz. *p. 3. C. 36. D. 9. & de J. Fam. Dec: 7. pos. 9. n. 11. seqq.* nisi Maritus bona sua pro hisce Juribus mulieri oppigneraverit, quò casu illis tantum



tum Creditoribus postponitur, qui anteriorem hypothecam ha-  
 bent, Carpz. *d. pos. 9. n. 30 seqq.* De Gerada v. quāquā aliās ad  
 æs alienum Mariti expungendum ne quidem in subsidium tenea-  
 tur, Carpz. *p. 2. C. 14. D. 62.* secus tñ. est in Gerada hac nobilium,  
 quoad oves, de his n. etiam ad æs alienum prius exsolvendum te-  
 netur, Ord. Proc. *d. l. Carpz. Def. 62. n. 16. 9.*] Tria hæc lucra in 45  
 Foro Sax. anno & die præscribuntur, si vidua aut ejus hæredes post  
 elapsum trigessimum à morte mariti intra annum tempus ea petere  
 neglexerit, Carpz. *p. 3. C. 36. D. 10. & de J. Fæm. d. pos. 9. à. n. 1. usq;*  
*10.* Præter hæc Successionum Species circa *Viſtualia* liberarum 46  
 Personarum etiam huc referri debet præcipuum illud, quod Do-  
 minus ex pecudibus hominis proprii sui decedentis sibi vindicat,  
 quod olim jam ulitatum fuit docente *ex capit. Franc. l. 3. c. 36.*  
 aliisq; Lehman. *2. Chron. Spir. 20. p. m. 98.* præsertim v. in Epif-  
 copatibus, Lehmann. *4. Chron. Spir. 22. p. m. 355.* & hodiè adhuc  
 in illis locis ubi homines proprii dantur, observatur, illustris Dn.  
 de Seckendorff/ in Teutscher Fürsten Staat/ *3. 2. 5. vers. an an-  
 dern Orten. p. 350. fin.* Dn. Struv. *Exercit. 40. tb. 73. Germ. vocatur  
 Hauptfall / Haupt Recht / Besold, Thes. Pr. h. Voc. it : Gewandt-  
 fall / Buttheil idemq; in Emphyteuta moriente quibusdam in locis  
 servari, docet Magnif. Dn. Rhet. Comment, ad. 1. Feud. 12. verb.  
 inde potest. præsum. n. 41. 42. p. 390.* Pertinent etiam huc *Legata* 47  
*Viſtualium*, de quibus tres singulares Tituli in Pandectis occur-  
 runt; nempe 1.) Tit: de Tritico, vino & oleo legato, 2.) Tit: de  
 Penu legata; Penu autem nomine continentur omnia esculenta  
 & loculenta, *l. 3. §. 1. seqq.* imò non tantum ea quæ esui potuiq;  
 sunt hominibus, sed & cibaria Jumentorum, *d. l. 3. §. 6. & 7.* insu-  
 perq; vasa penuaria in accessionis locum, *d. l. 3. §. ult. & l. 4. d. 1.*  
 deniq; ligna & carbones, quibus penus conficitur, *l. 3. §. 9. d. 1. 3.)*  
 Tit: de Alimentis & Gibariis legatis. Ubi notandum alimento-  
 rum voce non solum cibaria, sed & vestitum & habitationem  
 contineri, *l. 6. d. 1.* Cibariorum autem nomine solus cibus signifi-  
 catur, *l. 21. d. 1.* Quia verò in hisce Titulis nil nisi vocum explicatio 48.  
 habetur, omniaq; per se satis plana sunt, nolo hisce latius expo-  
 nendis immorari, sed pergo ad

CAP. VI.  
De Consideratione Victualium quoad  
Delicta

SUMMARIA.

**D**elictorum circa Victualia divisio. 1. & 5. Universitas an delinquere possit remissive 2. An Universitas commeatu hostens juvenans delinquat ut bello peti possit, sub distinctione deciditur. 3. an Victualia piratis vendere liceat. 4. Officiales committendo delinquunt circa Victualia 1.) si quid de iis sumant aut usurpent & quæ pœna illorum de Jure Rom. 6. quænam pœna de Jure Sax. Elect. quando obtineat vel non. 7. 8. 2.) si de Victualibus Domino inconsulto mutuo sumant & pœna illorum. 9. 3.) si pecuniam ad emendam annonam destinatam in alios usus convertant. 10. aut pecuniam, quam in rationibus inter expensas referunt, pro se retinent nec eis solvunt, quibus pro Victualibus debentur. 11. itemq; qui quod de frumento decedit, pro se retinent. 12. 4.) qui majori numero, pondere ac mensura annonam suscipiunt. 13. eorum pœna 14. 5.) qui munerâ ex Victualibus accipit, ubi de Jure Rom. Can. & moribus. 15. 16. 17. 18. omittendo delinquunt Officiales 1. neglecta inspectione annonæ & horreorum publicorum, eorumq; pœna. 19. Delictum Nautæ & aurigæ frumentum advectum non moventis. 20. 2. morâ in exsolvenda annonâ, ubi & de pœna. 21. 22. 3. negligentia in exigenda annonâ aut præpostera susceptione. 23. Personæ privatae delinquunt circa Victualia I. abusu illorum in Conviviis. 24. Legibus publicis conviviis rectè modus imponitur, quod exemplis probatur. 25. neglectus harum legum. 26. Victualium usus illicitus extra convivia. 27. II. Falsificatio & corruptio Victualium, ubi varia Exempla. & delicti hujus pœna 28. 29. Vini corruptores, spurcatores & falsificatores eorumq; pœna. 30. 31. 32. Falsificatio cerevisiæ & segetum aut frumenti corruptio 33. 34. Venenatio Victualium. 35. III. Crimen monopolii & propolii. 36. Pretii à Magistratu definiti transgressio. 37. IV. Exportatio Victualium illicita ejusq; pœna. 38. V. munerum datio ex Victualibus. 39. VI. Furtum Victualium. 40. an qui fructus alterius decerpserit eosq; statim consumit pro fure habeatur. 41. qui fructus hortorum vel agrorum lucrâ

*lucrifaciendi causa surripit quomodo puniatur. 42. Victualia tem-  
 pore famis surripientis an furtum committat, referuntur variae Dd.  
 opiniones. 43. Vera sententia proponitur & confirmatur. 44. 45. qua-  
 lis poena hic oblineat. 46. VII. Rapina Victualium ejusq; poena. 47.  
 IIX. Esus rerum prohibitarum, quoad Jus Naturae 48. an tempore  
 famis extremae carnibus hominum ab aliis casorum vesci liceat? 49.  
 an comedens illas poena affici queat, ubi exempla. 50. 51. an urgente  
 extrema fame alios occidere eorumq; carnibus vesci permissum. 52.  
 casus talis proponitur & Doctorum de eo sententiae diversa. 53. 54. 55.  
 56. an poena hoc casu locum habere possit. 57. Species facti refertur &  
 Dnn. Scabinorum Lips. Sententia. 58. 59. Dn. Carpzovii sententia  
 contraria 60. quae illustratur & ampliatur. 61. 62. 63. si occisio homi-  
 num & esus illorum expressè permittitur, poenam non habere locum  
 asseritur. 64. Conclusio. 65.*

**R**estat ut Delicta, quae circa *Victualia* committuntur brevi-<sup>1</sup>  
 ter exponantur. Haec v. sunt vel Universitatum vel Persona-  
 rum singularium. Quod Universitates attinet, praesuppo-<sup>2</sup>  
 nendum est illas posse delinquere & ex delicto obligari,  
 quando autem deliquisse dicatur & puniri queat Universitas, id  
 latius exponere non est hujus loci, vid. Grot. de J. B. & P. 2. 21. 78.  
 ibiq; Magnif. Dn. Praes. in Not. & ab Eo alleg. quibus addantur Myn-  
 fing. 4. Obs. 78. & 79. Kyllinger. de Ganerb. Castror. Disc. 11. à n. 12.  
 usq; 39. Bodin. 3. de Rep. 7. p. 337 usq; 343. Delinquere igitur Uni-<sup>3</sup>  
 versitas potest circa *Victualia*, si hosti alterius Commeatum submi-  
 nistret sive gratis sive pretio accepto, vid. Hugo Grot. de J. B. &  
 P. 3. 1. 5. n. 3. ubi docet, quid Jure Naturali contra hos liceat. Enim  
 verò ut rectè procedatur, puto omninò sequendam distinctionem  
 à Celeberrimo Dn. Praeside in Notis ad Grot. d. l. traditam, scil.  
 spectandum esse, num ministratio haec fiat nomine privato à  
 paucis Negotiatoribus; an v. publico, sive à majori parte commu-  
 nicato Consilio & deliberatione praevia, sic scil. ut ratificatio taci-  
 ta aut expressa universitatis aut regentium inde appareat, Mynf.  
 d. Obs. 79. Priori casu delinquitur quidem, sed à singulis, ac pro-  
 inde vix Universitati imputari poterit: altero casu de hostilitate ac  
 delicto Universitatis non dubitandum est, ac proinde illi bellum  
 justè infertur, vid. sup. c. 2. n. 110. seqq. in Imperio nostro Rom.<sup>4</sup>  
 Germ. *Victualia* piratis vendere sub poena Banni prohibitum in R.  
 J. ds

J. de anno 1417. Dn. Brunnem. ad L. ult. C. quæ res export. non deb.  
 quæ tam contra universitatem, quàm singularem personam obti-  
 net, neq; n. hoc delictum Universitatum, proprium est, sed in sin-  
 5 gulas quoq; personas cadit. l. 4. ff. ad L. Jul. Maj. Quod v. singula-  
 res personas concernit, illæ vel publicæ sunt, vel privatæ. Persona-  
 rum publicarum delicta circa *Viſtualia* vel sunt commissionis vel  
 6 omiſſionis. Ad priorem Classẽ referri debet 1. ] si quid sumpse-  
 rint aut usurpaverint de frumento publico, aut de aliis *Viſtuali-*  
*bis*, quæ Dominis à subditis præstari solent, vid. sup. c. 4. n. 35. seqq.  
 adeoq; Domino subtraxerint, & in usus converterint suos. Quod  
 delictum Jur. Rom. deportatione & confiscatione bonorum in i-  
 psis Vicariis & Judicibus capitali v. supplicio in primatibus offici-  
 orum vindicabatur, vid. l. 3. C. de Cond. in pub. horr. lib. 10. ubi Dn.  
 Brunnem. & l. ult. C. de Can frum. Urb Rom. lib. 11. Jure Sax. Elect. Jux-  
 7 ta D. Augusti Const. 41. p. 4. Administratores & Officiales, qui fru-  
 mentum à subditis susceptum aut subtraxerunt, aut in rationibus  
 subticuerunt & in proprios usus converterunt, die es in Rechnung  
 nicht einbringen oder sonst unterschlagen oder in ihren eigenen  
 nutzen verwenden. Si valor 50. florenos non æqvaverit carcere aut  
 relegatione temporali, sin eã æqvaverit aut excesserit, fustigatione  
 cum perpetua relegatione, tandem si ad 100. florenos ascendat aut  
 ultra, suspendio puniri debent; quod tn. obtinet si 1. Officiales  
 hi fidem in administratione mediante Juramento promiserint 2 )  
 8 si de doloso illorum animo ac furandi proposito manifestè appa-  
 reat, Dn. Carpz. *Pr. Crim. qu. 85. n. 35. 36. 37* remittitur quoq; ri-  
 gor pœnæ hujus, si 1. de corpore delicti, non satis constet 2. si Offi-  
 cialis anteqvàm in carcerem ducatur, pœniteat, & subtracta re-  
 sarciat, 3. si ex negligentia saltem & culpa quid subticuerit, aut  
 in usus suos converterit, quæ omnia latius deducit Dn. Carpz. d. l.  
 à. n. 50. usq; 64. sed arbitraria tantùm pœna hisce casibus dictari  
 solet, Dn. Carpz. d. Const. 41. D. 8. Extra Saxoniam quoq; pœ-  
 9 nam hanc suspendii cessare docet, Dn. Carpz. d. l. Def. 1. 2. ] si Offi-  
 cialis frumentum aut alia *Viſtualia* non quidem dolosè subtrahat,  
 mutuò tn. inconsulto Domino sibi sumat, & interim in suos con-  
 vertat usus item si tempore Caristiæ frumentum aut alia *Viſtualia*  
 Domini

Domini sibi concredita vendat, & tempore vilitatis in natura ea  
 restituat, lucrum verò ex venditione aut mutuo acquisitum pro se  
 retineat, Generosiss. Dn. de Seckendorff in Teutscher Fürsten Staat/  
 3. 4. 10. fin. p. 489. quo casu, quin præter restitutionem lucri ac  
 interesse pœna arbitraria locum habeat, extra dubium est, t. t. C.  
 de Aur. publ. ponder. & tit. seq. de his quæ ex publ. collat. illat. sunt,  
 non usurp. ubi Dn. Brunnem. undè nec frumentum præsens consu-  
 mere, ac tempore aliud surrogare absq; permissu Principis licet,  
 Dn. Brunnem. ad d. t. C. de his quæ ex collat. n. 5. & ad l. 2. C. de  
 Frum. Urb. Const. n. 7. quanquam hoc casu, si talis mutatio frumen-  
 ti salutaris est, nisi manifestò dolus aut culpa officialis appareat,  
 pœna vix locum inveniet. 3.) Si pecunias in emtionem frumenti 10  
 constitutas in suos usus, non in destinatum Officialis expendit,  
 talis in duplum tenetur, insuperq; ad illud, quod exindè lucri fecit.  
 l. ult. C. de Frum. Urb. Const. lib. 11. ubi Cujac. & Dn. Brunnem.  
 n. 6. ibiq; relati; putaverim etiam pœnam eandem hîc obtinere, de  
 qua sub n. 6. 7. seq. preced. imò etsi in alios publicos usus conversa  
 sit hæc pecunia, attamen Officialis eam restituere tenetur, nec com-  
 pensatio, si eam opponat ipsi conceditur, l. 2. §. 2. seqq. de Adm.  
 ver. ad civ. pert. Dn. Struv. Diff. de Annon. tb. 10. Huc & pertinet 11  
 casus ille, quando Officialis in Rationibus suis pecuniam pro Vi-  
 tualibus, quæ in Hospitatione principis aut aliàs Jussu illius fuere  
 consumta & comparata, tanquam verè solutam ad expensas qui-  
 dem refert, eam tn. ipsis, quibus debetur non solvit, sed potius  
 retinet ac in proprios usus convertit, Itemq; quod in frumenti 12  
 collatione decedit, ad expensas refert, hoc autem lucrum illis ad  
 quos spectabat, intercipit & sibi reservat, wenn er den abgang an  
 Geträidigt zwar berechnet / denjenigen aber so er zu gute gehen soll  
 vorenthält; quales 2. Casus refert Dn. Carpz. in Pr. Crim. d. qu.  
 85. n. 61. & 62. ubi utroq; casu ad restitutionem & solutionem in-  
 superq; ad perpetuam relegationem condemnati fuere taliter de-  
 linquentes. 4.) Si quis majori numero, pondere ac mensura aut 13  
 falsa etiam annonarias præstationes suscipiat & exigat, vid. l. 9.  
 C. de Defens. Civit. ubi Dn. Brunnem. n. 2. Const. Elect. Sax. 41. p.  
 3. ibi von den Leuten mehr an Zinsen und dergl. einnehmen / dann  
 er berechnet / in verkauffen und kauffen verleihen und ausmessen /  
 M unrechten

M

unrechten

- 14 unrechten und falschen Schöffel und Maß brauchen / ubi Jure civili in duplum reddere tenetur, qui plus accepit, quod si & is Officialis sit, à quo Annona suscepta, nisi fraus ejus manifestò appareat, à culpa immunis est, l. 9. C. de erog. milit. ann. lib. 12. ubi Cujac. Jure Sax. eadem poena quæ sub n. 6. seq. modo indicata fuit, obtinet, imò non in Officiales tantum hoc modo delinquentes, sed & in molitores perfidos eodem modo animadverti solet, Dn. Carpz.
- 15 add. Const. Def. 5. & in Pr. Crim. d. qv. 85. n. 45. & 46. 5.) Si munera ex Victualib9 accipiat. De Jure quidem Rom. Præsidi & Proconsuli esculentum & poculentum accipere licet, l. 6. §. 3. de Off. Procons. & l. 8. de Offic. Præs. Enimverò hi Textus loquuntur de Magistratibus in Provincias missis, qui oblata à Provincialibus Xenia accipere possunt, vid. sup. c. 4. n. 6. 7. neq; idem in Judicibus Rom. obtinuisse, docet Magnif. Dn. Præs. in Decast. Concl. 20. §. 31. seqq. Proinde ad Judices nostri temporis inspectâ veritate Juris vix quadrant, quippe qui domi Officia sua expediunt, nec itineris molestias sufferre coguntur, in quibus adeò ratio cessat, ac proindè ut talia munera capiant, ipsis non permittendum, Dn. Carpz. in Pr. Crim. p. 2. quest. 93. n. 61. uti monet post Dn. Brunnem. ad dd. ll. Dn. Stryk. de Jure Sens. diff. 6. c. 4. n. 41. 43. Jure autem Canonico edulia licitè accipiuntur per cap. 11. v. insuper. X. de Rescript. de cujus tñ. Constitutionis Justitia vid. Dn. Præs. d. l. §. 46. modo 1. sint modica, Dn. Stryk. d. l. n. 45. 46. & ab eo cit. Farin. Op. Crim. quest. 111. n. 250. fin. ubi docet, quænam modica dicantur, 2. modo hæc Victualia sponte offerantur, nec uti eleganter Jctus in d. l. 6. expressit, ad munerum qualitatem producantur, i. e. non exigantur tanquam debita ordinaria & canonica ab invitis, uti post Bachov. ad d. l. 6. de Off. Procons. Jac. Gothofr. in Commentario ad l. 1. C. Theod. ne damn. provin. inf. Dn. Stryk. d. l. n. 48. Quam opinionem & hodiè Praxis etiam in Judicibus ordinariis certum salarium habentibus recepit, Koppen. 2. Obs. Pr. 137. n. 5. seqq. Dn. Præs. d. §. 46. hodièq; Victualia calcar expediendarum litium esse solent, uti ex Ballo aliisq; dictum refert Dn. Carpz. in Pr. Cr. d. qv. 91. n. 61.
- 19 Hæc de Delictis Commissionis personarum publicarum. Progre diendum nunc ad delicta Omissionis, ad quam Classem referuntur 1.) neglecta inspectio Annonæ & horreorum publicorum uti
- recon-

reconditur, quæ facta recta conservari debent, ne pluviis infectum frumentum pereat. Ex quo delicto Jure Civili Officialis negligens ad damnum resarciendum obligabatur, *vid. l. 2. C. de Cond. in horr. publ. lib. 10.* ubi Dn. Brunnem. *d. l. n. 5. add. l. 22. v. ergò. & domus C. de adm. tut.* imò & repetundarum tenebatur, *l. 7. §. 2. ad L. Jul. repet.* quin & pro ratione delicti etiam alia insuper locum habebit, uti e. g. remotio aut multa. Huc etiam pertinet negligentia Nav- 20 tarum & Advektorum, frumentum non moventium, vel aliàs probè non observantium, Marquard. *de Mercat. l. 2. c. 13. n. 49. & l. 3. c. 3. n. 38.* 2.) Dilatio seu mora in annona exsolvenda, ubi Officialis morosus ac solvere cessans lucri sui causa damnum de suo sarcire cogitur, aut illi cui solvenda aut fisco, *l. 5. & 16. C. de erog. mil. ann. lib. 12* ubi Cujac. quam pœnam cujusq; negligentis administratoris esse, ut damnum mora datum resarciat, post Menoch. 2. *A. J. Q. cas. 55. n. 8.* concludit, Dn. Brunnem. *add. t. n. 29. 30.* Sed hodiè mora in exsolutione annonæ aut salarii difficulter pro delicto habebitur, postquam vix usus alterve Officialis stato tempore annonam aliàq; salaria solvit, sed prece pretioq; imò officio Judicis ad præstationem vel invitandi vel cogendi sunt; specialiter autem Erogator militaris annonæ cessans in solvenda illa non tan- 22 tum damnum militibus ex mora datum, de suo restituere, sed & insuper publicatione bonorum & privatione cinguli puniebatur apud Romanos, *vid. l. 16. §. 6. C. de Erog. mil. ann.* Dn. Brunnem. *ad b. t. n. 21.* 3.) Negligentia in exactione Annonæ, cujus pœna est, 23 quod negligens Officialis de suo solvere & solutum à debitoribus repetere cogatur illustris Dn. de Secendorff/in teutscher Fürsten Staat / 3. 4. 12. p. 493. Præses etiam qui opinatorem ultra annum protrahit, in duplum damnatur, sorte opinatori, pœna fisco relicta, *l. 7. C. de exact. trib. lib. 10.* ubi Cujac. & Dn. Brunnem. n. 3. & si in acceptum ferat Officialis frumentum publicè dandum, præbendum & approbandum, antequàm præstitum fuit, eum crimen repetundarum incurrere statuitur *in l. 7 §. 2. ff. de L. Jul. repet*

Tandem quod *Personas privatas* spectat earumq; delicta cir- 24 ca *Victualia* sciendum est, ea omnia esse commissionis, uti I. Abusus *Victualium* & consumptio illorum illicita, quod delictum hodiè in Conviviis adeò frequens est, ut ferè in mores abierit. Quamvis, *Convivia* per se illicita non sint, mensa siquidem Amicorum

parens ac procreatrix, nec proinde in Republ. simpliciter prohiberi debeant, vid. omnio Ord. Polit. Elect. Sax. de anno 1612. tit. 10.  
 25 rectè tn. Conviviis modus præscribitur, luxusq; illorum minuitur Legibus publicis, quibus cavetur, ne subditi Convivia nimis frequenter instituant, aut convivas nimis multos advocent, aut ferula ultra certum numerum apponant, aut si secus fecerint certa multa coerceantur, quod Sereniss. Elect: Sax. non tantum circa Convivia minus solemnia in Ord. Polit. Nov. de anno 1661. tit. 19. Sed etiam imprimis circa epulas solennes, in quibus luxus & Gula maximè dominantur, constituit, ut de Conviviis Nuptialibus d. Ord. Pol. tit. 14. per tot. & Conviviis, quæ post Baptismum infantis præbentur, tit. 17. sit. Conviviis lugubribus denem Trauer Mahlzeiten / quæ tantum nobilibus in pagis, item & civibus ac rusticis, quod amicos peregrè advenientes, permittitur, d. Ord. Pol. Sax. Elect. tit. 18. §. 6. 7. Deniq; in Conviviis Encænalibus denem Kirchmessen / quæ quotannis à Rusticis in pagis instituuntur, vid. ibid. tit. seq. 20. Huc pertinet maximè compositio illa belluina & vitium ebrietatis in genere, vid. sup. c. 1. n. 102. seqq. quod non tantum Legibus Imperii, sed & Provincialibus severè prohibitum, vid. Ord. Pol. Elect. Sax. de anno 1612. tit. 11. & Noviss. de anno 1661. tit. 19. quas leges tn. à Magistratibus locorum non adeò strictè observari, sed ob conniventiam eorum ferè in desuetudinem abire, res ipsa loquitur, add. Dn. Stryk. de. I. Sens. Diss. 6. c. 4. n. 3. 4. & c. dictari autem solet transgressoribus pœna carceris, in quo per dies aliquot pane & aqua cibantur, Dn. Carpz. in Pr. Crim. quæ 147. n. 22. seq.  
 27 *Victualium* etiam abusus punitur, qui extra convivia committitur, uti e. g. qui diebus festis & Dominicis in popinis & ganeis eò tempore, quò sacra peraguntur, delitescunt, ac gulæ ibi indulgent, ubi tam Caupo, quam Conviva luxuriosus vel carcere ad octiduum vel multa 5. Imperialium coerceri debent in hisce terris ex Ord. Pol. Elect. Sax. nov. tit. 2. §. 2.  
 28 II. Falsificatio & corruptio *Victualium*, quæ variis modis accidere solet, v. g. cum Macellarii ac Laniones carnes inflant, ut pleniores & grossiores appareant, ea de causa ut carius vendant, Borell. de Edict. Magistr. l. 3. c. 8. n. 27. item quando pistorum manus & brachia cum aceto & oleo lavant, ut panis tumeat & major appareat



pareat, Damhouder. *in Pr. Crim. Klock. de Erar. lib. 2. c. 14. n. 4.*  
 Dn. Mey. *ad I. Lub. l. 4. r. 15. A. 4.* nec non & alii omnes, qui mer- 29  
 ces rerum *Victualium* adulterant, ac utilibus inutilia miscent, ut  
 pulverem & arenam aromatibus aut frumento etiam addendo, aut  
 species aridas in loco humido habendo, quò tumescant & deinde  
 pondera ac mensuras facilius expleant Jac. *de bello vis. in Pr. Crim.*  
*c. 7. n. 7. seqq.* In hos omnes poena arbitraria & pro modo admisi  
 etiam capitalis statuta est in *Ord. Crim. Car. V. art. 113.* Dn. Carpz.  
*in Pr. Crim. p. 2. quest. 93. n. 86. 87. add. Marquard. de Mercat. l. 4.*  
*c. 5. n. 2. seqq.* Ad hanc classem etiam referendi sunt, qui vinum 30  
 venditum & jam degustatum aquam infundendo corrumpunt,  
 qui crimen *Stellionatus* committunt, ac proinde extraordi-  
 nariè puniuntur, *l. 3. §. 1. de Crim. Stellion.* Dn. Stryk. *de I.*  
*Sens. diff. 6. cap. 4. num. 11.* In specie autem *Aurigæ & Nau-* 31  
*tæ*, qui vina aliò tranvehenda conducunt, & ex dolio certam  
 quantitatem extrahunt, illud aqua replent, qui spurcatores vini ap-  
 pellantur, *l. 27. §. 15. ff. ad L. Aquil.* ubi Gothofr. Joh. Limn. *ad*  
*A. B. c. 1. §. 3. Obs. 12. & c. 27 §. 5. Obs. 13.* hi pro modo admisi poena 32  
 vel pecuniaria vel etiam corporali afficiuntur, juxta R. J. *de anno.*  
*1497. c. 3.* item qui vina sulphure corrumpunt, quorum poena est  
 100 flor. Aur. Rhen. ac vini effusio *in d. R. J. c. 5.* vel calce aut  
 alio illicito modo miscent ac corrumpunt, in quos statuta est pœ-  
 na confiscationis vini insuperq; alia arbitraria, *Ord. Pol. Francof.*  
*de anno. 1577. tit. 6.* Dn. Stryk. *de J. Sens. c. 4. n. 14. usq; 18.* Nec il- 33  
 los quoq; a pœna immunes esse crediderim, qui cerevisiam variis  
 mixturis sanitati nocivis corrumpunt, tantum ut sapida sit & em-  
 teres inveniant. Deniq; & his accensendi, qui aliorum segetes 34  
 corrumpunt, lolio & avena injecta, vel frumento aliorum avenam  
 vel aliud admiscunt, contra quos illi, qui damnum patitur *Actio*  
*ex L. Aquilia datur, vid. l. 27. §. 14. & 20. ff. ad L. Aquil.* Maxime 35  
 v. huc pertinet *Venenantes Victualia*, e. g. si quis aut pecudes ipsas  
 veneno interficiat, aut venenum pabulo illorum immisceat, qui-  
 bus poena gladii dicitur, Dn. Carpz. *in Pr. Cr. qv. 11. n. 24. seqq.*  
 ubi & de *Venenatione pascuorum.* Caterum quatenus *Victualia*  
 Hostium in bello veneno inficere J. N. & G. liceat? vid. Grot. *de*  
*J. B. & P. 3. 4. 16. & 17. ibiq;* Dn. Præs.

M 3

III. Cri.

- 36 III. Crimen Monopolii & Propolii illiciti, de quo *sup. c. 3. n. 38.* cujus poena exprimitur in *l. un. C. de Monopol.* ibi Dn. Brunnem. & Ord. Polit. *de anno. 1577. tit. 18. it:* Crimen Dardanariatus cujus *sup. c. 3. n. 38.* mentio facta, de quo vide pleniss. tractantem Dn. Stryk *singulari Dissert: de Dardanas. anno. 1663. Francof. ad*
- 37 *Oder. habitas, it:* pretii à Magistratu statuti transgressio de qua vid. Molin. *de J. & J. Tr. 2. Dissp. 364. n. 2.* quæ etiam pro admissi modo arbitrariè punitur, etiam emens, qui plus justo offert, *vid. Dn. Stryk. de Dardanas. c. 2. n. 20.* in specie v. in Electoratu nostro in Caupones nimium pretium pro Victu & Hospitio exhibito ab hospitibus exigentes, poena 100. florenorum item duplicatio ejus, aut si delinquere pergat privatio Juris hospitandi aut alia poena arbitraria est statuta, *vid. Ord. Polit: noviss. de anno, 1661. tit. 12. §. 6.*
- 38 IV. Exportatio *Victualium* illicita, de qua *sup. c. 3. n. 22. seqq.* ubi si lege prohibitiva certa poena definita est, ea transgressoribus proculdubio dictanda. Cæteroquin pro modo admissi arbitraria aut etiam capitalis obtinet. *vid. l. 1. & 2. C. quæ res export. non deb. ibiq; Dn. Brunnem. Jodoc. Damhouder. in Pr. Crim. c. 34. n. 9. Tholosan. Synt. Jur. l. 36. c. 30. n. 7. & Menoch. A. J. Q. l. 2. cas. 569. n. 8.* quod si hostis comæatu juvetur, crimen Læsæ Majest. committitur, *l. 4. ff. ad L. Jul. Maj. & l. 40. de poen. Dn. Marquard. de Mercat. l. 1. c. 29.*
- 39 V. Munerum ex *Victualibus* datio, quemadmodum n. acceptio illorum crimine non caret, *vid. n. 15. preced. seqq.* ita nec datio, undè crimen ambitus incurrit, non tantum qui pecunia honores & dignitates sibi parat, sed & qui muneribus ex *Victualibus*. Exemplum ex Plin. 35. *H. N. 12. de Caponio* ob vini amphoram ambitus damnato refert H. Grot: *in Spars. Flor. ad Jus Justin. tit: ff. ad L. Jul: de Ambit. p. m. 208.* quo & pertinere vult Plin. Jun. 10. *Epist. 117.*
- 40 VI. Furtum in *Victualibus* commissum, quo pertinet furtum ferarum & piscium de quo latè Dn. Carpz. *in Pr. Cr. p. 2. qu. 84. per tot.* item si quis fructus agrorum, hortorum aut arborum furatur, de quo genere furti est *Art. 167. Ord. Crim. Car. V. & sci-*
- 41 endum est 1.) si quis modicos fructus decerpserit, eosq; statim in vinea,

vinea, agro vel horto, vel in ipsa via comedat, nec lucri causa aliud  
secum asportet, id pro fructo non haberi, ac proinde omnem pœ-  
nam cessare, *vid.* Deuteron. 23. 24. *seqq.* c. 1 § *transire, distinct.* 1. &  
c. *discipulos de Consecrat. dist.* 5. Dn. Carpz. *in. Pr. Crim. qv.* 83. n.  
34. 2.) Si quis ejus modi fructus lucrificandi causa secum auferat, 42  
tunc quidem pro fure habetur, l. 82. §. 1. *de furt:* pœna tn. non or-  
dinaria, sed extraordinaria tantum obtinet, Ord. Crim. d. art. 167.  
ubi Matth. Stephan. Dn. Carpz. d. l. n. 35. *seqq. ibiq. relat:* Sed 43  
quid de surreptione *Victualium* seu esculentorum quæ tempore  
famis ac necessitatis fit, dicendum est? Cujus quæstionis decisio  
difficultate non caret, e quidem H. Grot. *de J. B. & P.* 2. 2. 6. n. 2. 3.  
4. & §. 7. & 8. furtum non committi hoc casu censet. Quid Mo-  
ralistæ circa hanc controversiam statuunt, succinctè exponit &  
confutat Magnif. Dn. Præs. in Not. ad Grot. d. l. latius v. illorum  
sententias recenset Dn. Franzk. 2. *Res. 7. a. n. 31. usq. 39.* ubi easdem  
ex parte suas facit, nec Jcti inter se conveniunt. Enimverò sub. 44  
scribo hac in parte sententiæ celeberrimi Dn. Præs. laudato loco,  
ubi Grotii & Moralistarum fundamenta tanquam erronea merito  
rejecit, nec violentam ablationem *Victualium* in casu necessitatis  
probat, furtumq; revera committi asserit *ad. d. §. 6. verb. eum furtum.*  
& c. *Idemq; & statuit* Dn. Felden. *in Not. ad Grot. d. l. p. m. 100.* &  
*latissimè tuetur* Dn. Fritsch. *Tr. de I. Necessit. sect. 7. Concl. 2. exem-*  
*pl. 3. p. m. 609. seqq.* ubi & ad contraria respondet. Furtum n. na- 45  
turaliter & intrinsecè vitiosum est, nec proinde ab externis cir-  
cumstantiis licitum fieri potest, Dn. Fritsch. d. l. n. 1. præsertim cum  
nulla hac in parte legis dispensatio inveniat, nec necessitatis  
prætextus efficiat, quò minus quis sciens turpitudine aliqua se  
contaminet, Dn. Præs. *ad Lancellott. Inst. l. 4 c. 6. §. 2.* & Dn. Felden.  
d. l. Cæterum quoniam tn. necessitas durum telum est, quæ & in 46  
delictis sæpius excusare solet à dolo, Mynsing. 6 *Obs. 30. n. 7.* Nic  
Reusner, 3. *decis. 2.* Nic. Boer. *decis. 168. n. 11. conf.* Grot. *de I. B.*  
& *P. l. 4. 7. 1.* ubi tn. Magnif. Dn. Præs. *in Not. p. 172. & 176.* inde poena  
mitigationem affert, quod & constituit Car. V. in Ord. Crim. *art:*  
166. ita ut qui necessitate famis coactus, furtum esculentorum  
committit, nunquam regulariter poena ordinaria sed arbitraria  
afficiatur, Matth. Stephan. *in Not. ad d. art: 166.* Dn. Carpz. *in*  
Pr

*Pr. Crim. qv. 83. à n. 38. usq; 49. imò si furtum sit modicum, à poena in totum excusatur, vid. Dn. Carpz. n. 50. seqq. præsertim si rabie qs. famis fuerint ad furtum adacti, Dn. Felden. in Not. ad Grot. d. l. p. m. 101.*

47 VII. Rapina *Vitruum*, uti in mari Balthico singularis societas latronum fuit, qui fratres *Vittaliani* *Vittalien* *Brüder* vocabantur; qui deinde capti, omnes gladio feriebantur, quod ex *Kranz. 9. Vandal. 25. fin. & 29. refert Marquard. de Mercat. l. 1. c. 4. n. 19. & l. 4. c. 8. n. 16. Qv. & violenta ablatio Vitruum tantum hostiliter commissa pro Robbaria habetur, ac Raptoribus hifce poena gladii cum impositione rotæ dictatur, vid. Præjudicia ap. Carpz. in Pr. Crim. qv. 90. n. 47. & 50. fin.*

48 IIX. Esus rerum prohibitarum; hic ne nimis prolixus sim, saltem circa Jus Naturæ hac vice occupabor. Ubi summæ difficultatis quæstio est, an in extrema famis necessitate carnibus humanis vesci, eumq; in finem alios jugulare liceat? Circa quam quæstionem Viri etiam summi & divinarum humanarumq; literarum scientia celeberrimi vix quicquam certi determinare audent, sed in medio relinquere eam malunt, inde ne temerarius videar, sequar illorum exemplum, ac opiniones eorum tantum recensebo. Duo autem membra hæc quæstio continet. 1. an in genere tempore famis atrocissimæ carnibus hominum ab aliis jam caesorum vesci liceat? Quod affirmare videtur Dn. Pufendorf. de J. N. & G. 2. 6. 3. ubi dicit: *Carnibus hominum à nobis non caesorum vesci in summa fame & deficiencibus aliis nutrimentis miserandus quidam cibus, sed tm. nefarius non est.* Sane cum sub Honorio anno Chr. 410. ingens fames grassaretur, ut homines hominibus imminerent, in Circo palam auditam esse vocem: *Pone pretium humana carni,* refert *Alsted. in Chronol. ad d. ann. p. m. 300.* cæterum an exindè pro justitia hujus cibi aliquid colligi possit, nunc non inqviro; pertinet huc exemplum *Saguntinensium*, qui cadaveribus suorum tabe prius confectorum pasti fuere, de quo vid. *August 3. de Civit. Dei 20. ibiq; L. Viv. & L. Coqv.* Admissa autem hac sententia non puto ullam poenam hoc casu locum habere posse, sed vescentem tali cibo miserationem poti9, quam poenam in Foro humano mereri, ac proindè animus horret, cum recordor *Historiæ summæ notandæ,*

50

Notanda; quam refert Illustris Thuanus l. 55. p. m. 1117. b. seq. de prodigiosa fame obsessæ Urbis Sanceræ sub anno 1573. his verbis: ne quid ad extremæ necessitatis exemplum deesset, puella triennis ex fame mortua, & jam elata, de consilio vetulæ refossa. ipsis parentibus cibo fuit, qui tñ. re compertâ Magistratus sententia ad ignem damnati sunt; confirmat Sleidan. continuat. part. 2. lib. 9. n. 8. Cujus sententiæ justitiam intelligere non dum possum, nec scio an eandem in extremo Judicio Judices hi sint probaturi.

Justior videtur sententia Magistratus Prettenburgensis, qui 51 mulierem tempore graviditatis pica laborantem, ita ut carnibus mariti sui satiari contra naturam desideraret, quem & postea dormientem interfecerat ac carnes ejus crudas ac salvas devoraverat, posteaquam uno partu 3. filios enixa ac rem omnem confessa fuerat, muris inclusam in perpetuo carcere detinuerunt, uti refert Mich. Sachs. in der Rånser Chronica. p. 4 fol. 318. 1.

Alterum membrum quæstionis sequitur, num scil. & alii ur- 52 gente extrema famis necessitate inviti aut sorte ducti, jugulari ac carnes illorum in cibum adhiberi queant? Justitia hujus casus difficillimè deducitur, cum ex una parte lex homicidii, ex altera famis necessitas pugnet venterq; aurib9 carens, & quod citra tristissimum hocce medium, omnibus foret pereundum, uti judicat Dn. Pufendorff. d. l. memorandum autem exemplum refert ex Tulpii 53 Obs. med. l. 1. c. 43. Magn. Dn. Præs. in Not. ad Grot. 2 13 p. m. 188. seq. de septem Britannis, quos tempestas maris abripuit, ut ante decimum 54 septimum diem non potuerint ad ullum portum appellere; cum igitur diu siti & inedia laborassent, tandem habitâ deliberatione fortiebantur, unumq; non reluctantem jugularunt, cujus sanguine sitim & carne famem intolerabilem sedarunt, qui ad terram appulsi, accusati quidem fuere. sed veniam ipsis dedit Judex. De hoc 54 facto sic censet ibid Dn. Præs. d. l. hoc maxime à navigantibus peccatum, quod in mortem unius, & quisque in se si ita contigerit, conspirarint & periculum corporis animæ anteposuerint, nec debuisse quenquam vitam suam tam vili pendere, ut ejus jactura famem alterius expleret, nec reliquos ideò in socium sævire ut stomacho consulere. Quamvis autem huic sententiæ nonnulla re- 55

N

ponat

ponat Dn. Pufendorff, *d.l.* nempe asperè nimis dici, in mortem al-  
terius conspirasse, qui sorte ducendum censent unum, ut reliqui  
serventur, qui aliàs omnes erant perituri, undè nec animæ pericu-  
lum metuendum fuisse, illum animam suam vili æstimare, qui ci-  
tra necessitatem eandem projicit, nec sævitiam dici posse, ubi in  
salutem omnium qui moritur, minori cum dolore ferrum jugulo  
excipit, quem alter infigit; at tamen nec ipse quicquam certi deter-  
minat, sed potius Judicium suum suspendere mavult, *conf.* eund.  
56 *Element. Jurispr. Univ. lib. 1. Def. 17. §. ult.* Quid Valer. Maxim. de  
hoc tibi genere senserit, patet *ex l. 1. c. 6 n. 2. in Extern.* ubi de Nu-  
mantinis Uxoribus liberorumq; suorum carnibus vescentibus ait;  
nulla est in his necessitatis excusatio, nam quibus mori licuit, sic  
vivere necesse non fuit, *conf.* Augustin. *l. de Civ. Dei. III.*  
57 Et hæc quidem de Justitia horum Actuum. Magis anceps &  
periculosa adhuc est definitio circa pœnam aut impunitatem illo-  
rum, de qua Viri modo laudati non attingunt, refert autem Dn.  
58 Carpz. Jctus celeberrimus similem ejusmodi casum *lib. 6. Resp. 94.*  
ubi maritus in Dynastia Holdrungenfi uxorem suam septuagena-  
riam, cum qua per 32. annos in Matrimonio vixerat, urgente au-  
tem extremâ fame ditionem illam, sic ut canes, feles, gramen & si-  
milia homines comederent, imò multi fame perirent, ipse Mari-  
tus cum aliquot dies in ediam jamjam cum uxore tolerasset, ita  
ut decumberet, nec elemosynas petere aut ab ullo auxilium spe-  
rare posset, decrevit satiari carne uxoris, quam & cultro in guttur  
immisso interimmit, ac de corpore mortuæ uxoris 4. libras carnis  
decerpsit, eaq; coctâ per 2. dies pro cibis usus fuit, postea v. se ip-  
sum detulit. De hac facti specie consulti Dn. Scabini Lipsienses, à  
59 pœna quidem ordinaria parricidii reum pronunciarunt liberum,  
gladii tñ. pœnam dictarunt, uti patet ex Responso, quod exhibet  
60 Dn. Carpz. *d. l. n. 19.* qui ipse tñ. *d. l. n. 6. seqq.* ex rationibus satis  
prægnantibus à Dn. Collegis suis dissensit, nec pœnam corporis  
afflictivam, nec severiorem ultra relegationem quoad evitandum  
scandalum Reus incolarum oculis eriperetur, decernendam esse  
61 voluit, quarum hæc potissima videtur, quod Deus hoc malò max-  
imè horribili peccata populi coercere minatur, ut furore quodam  
insolito

infolitò correpti, filios suos tanquam viscera sua coquerent, fa-  
mesq; naturam humanam & cor maternum superaret, *vid. Deut.*  
*28. 53. seqq. & Thren. 4. 10.* ut proinde pœna alia humana meritò  
cessare debeat *conf. n. preced. 51.* Quæ sententia valdè videtur pro- 62  
babilis, licet n. negari nequeat, contra Jus Naturæ peccare illum,  
qui alios mactat & carnibus humanis vescitur, quod & Theologi  
ad loca Scripturæ adducta observant, *conf. c. 1. n. 62. seqq.* non tñ. ex-  
indè statim sequitur etiam in foro humano tale factum puniendum  
*Franzk. Comm. ad ff. tit. de Contr. Emt. n. 245. seqq. idem 2. Resol. 7.*  
*n. 8. seq. conf. c. 2. n. 113.* & rectius fortè Magistratus impunitum ta- 63  
lem reum dimittit, uti Judex ille Anglicanus, de quo *n. prac. 53. & Jo.*  
*râ Rex Israelis 2. Reg. 6. 24. seqq. vid. Gvil. Estium in Annot. ad Loc.*  
*difficil. S. S. in b. l. f. m. 1354.* (qui tñ. in utramq; mulierem animat-  
vertendum fuisse nimis confidenter censet. Rectius Joh. Steph.  
Menoch. *in Annot. ad 4. Reg. 6. 30. verb. transibat:* scribit: impu-  
nitum relinqvens facinus, fortasse ne afflictis afflictionem adde-  
ret, & peccatis suis tantam calamitatem imputans, ac hoc pecca-  
tum Dei Judicio relinquit, qui ad noscenda quævis peccata est sa-  
pientissimus, ad expedienda æqvissimus, & ad vindicanda poten-  
tissimus; Sanè ubi à Majestate Lege publicâ occisio hominum tem- 64  
pore famis & esus carniū humanarum expressè permittitur; si-  
cuti tempore belli, urgente fame Cambyfes decimum quemq; mi-  
litum sortiri ac necari jussit, Teste Senec. 3. *de ira 20.* Numantinos  
quoq; & Caliguritanos uxores suas natosq; in usum nefariæ da-  
pis vertisse, Val. Maxim: Auctor est, *l. 7. c. 6. n. 2. 3. in Extern.*  
Idem de Memacenis Curt: *lib. 7.* De Ulsipiis Tacitus *in Agric. 28.*  
*3. refert:* Supervacuum fuerit de pœna sollicitum esse, permissio-  
nem enim hanc actui illi impunitatem addere, licet de Justitia  
non liqveat, plus quam manifestum est.

Et hæc sunt L. Benevole, quæ præsentī Dissertatione 65  
*de Jure Victualium* exponere mihi visum fuit. Equidem  
Materiæ dignitas accuratiorem pleniorēqve Tractatio-  
nem requirit, ingenii tamen mei tenuitas, & instituti mo-  
dus

us non permittit. Nam ut Studiorum meorum ratio constaret, Disputatio conscribenda & more recepto habenda fuit. In qua cum brevitatis non minima laus sit, multa sane data opera praetermittere eaque doctioribus tradenda relinquere debui, ne brevitatis & modestiae limites excederem. Tu B. L. pro humanitate Tua, si qua in parte erratum, Juventuti ignosce & Studiis meis bene cupere non dedignare.

S. D. M. G.

